

MISSALE
ROMANO-SERAPHICUM

AD NORMAM NOVISSIMI KALENDARIJ SERAPHICI ORDINIS
DISPOSITUM, ET EMENDATUM,

PLURIBUSQUE ORATIONIBUS, ET MISSIS
PROPRIIS AUCTUM,

AB EE. ET RR. DD. S. R. E. CARDINALIBUS

BOSCHI, VICECOMITE, ET ARCHINTO,

A SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

PIO PAPA SEXTO

AD ID SPECIALITER DEPUTATIS, RECOGNITUM,

ATQUE AB EODEM SANCTISSIMO PER SUAS LITERAS IN FORMA BREVIS,
INFRA LEGENDAS, APPROBATUM

**PRO OMNIBUS UTRIUSQUE SEXUS PERSONIS
TRIUM ORDINUM S. P. N. FRANCISCI**

OBEDIENTIÆ, AC DIRECTIONI P. MINISTRI GENERALIS TOTIUS
MINORITICI ORDINIS SUBJECTIS,

ALIISQUE BREVIARIO EJUSDEM ORDINIS UTENTIBUS.



ROMÆ Sumptibus, & ex Typographia Pauli Junchi Romani,
Provisoris Librorum Bibliothecæ Vaticanæ,

Anno a Partu Virginis MDCCLXXXVII., & a prima ejusdem Ordinis
approbatione Apostolica DLXXVII.

SUPERIORUM FACULTATE.

203823

203823

MISSE

ROMANO-SERAPHICUM

AD NORMAM NOVISSIMI KALENDARII SERAPHICI ORDINIS

PLURIBUSQUE ORATIONIBUS, ET MISSIS PROPRIIS ACTUM

AB SE ET RE. DR. S. R. E. CARDINALIBUS

BOSCHI, VICECOMITE, ET ARCHINTO

A SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

PIO PAPA SEXTO

AD ID SPECIALITER DEPUTATIS, RECOGNITUM

ATQUE AB EODEM SANCTISSIMO RE. DR. NOSTRO IN FORMA BREVIS

PRO OMNIBUS UTRIUSQUE SEXUS PERSONIS TRIMUM ORDINUM S. P. M. FRANCISCI

ORDINIS, AC DIRECTIONE P. M. FRANCISCI

ALIBUS SERVARIIS HUIUSMODI ORDINIS QUANTUM



ROME, die 17. Julii, 1857. Pontificatus Nostri Anno 1857. Pontificatus Nostri Anno 1857.

AD NORMAM NOVISSIMI KALENDARII SERAPHICI ORDINIS

SUPERIORUM FACULTATUM

XVIII. 47000

PIUS PAPA SEXTUS

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.



Religiosos Ordines, quos tamquam fertilia Agri Domini plantaria circumspiciunt Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum providentia instituit, in visceribus paternæ gerentes charitatis, Fratrum Minorum Ordinem, Viri Sanctitate, pietate, religione, sacrarum, eisque ancillarum bonarum litterarum scientia, ac propriæ, alienæque salutis studio maxime præditis, fulgentem, singularibusque in divinam Psalmidiam, & in hanc Sanctam Sedem meritis conspicuum, peculiari Apostolicæ dilectionis affectu complectimur: proinde eidem modò in id studium incumbenti, ut Libri omnes Divini Officii ad usum Professorum ipsius Ordinis, aliorumque quam emendatissimi, & ad recentiorum Apostolicæ Sedis dispositionum normam exacti, legibusque nonnullis, & concessionibus ornati in lucem prodeant, libenter prospicimus, atque opportuna provisionis remediis exhibemus, prout in Domino salubriter expedire conspicimus. Cum Nos alias precibus dilecti Filii Paschalis a Varisio, totius Ordinis Minorum Sancti Francisci Ministri Generalis, Nobis humiliter porrectis, annuentes, ut editio Breviarum, Diurni, Missalis, & Martyrologii Romano-Seraphici denuò faciendæ juxta Kalendarium dicti Ordinis Anno MDCLXXXI correctum, & a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum approbatum, cumulatè perfecta foret; dilectos filios Nostros Antonium Eugenium Vicecomitem, Joannem Archintum, & Gregorium Salviati, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in revisores dictorum Operum cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis, ad hoc ut ipsi, & eorum singuli, siquæ in dictis Operibus moderanda, immutanda, & corrigenda, seu etiam expungenda reperissent, juxta datam ipsi a Domino prudentiam moderarentur, immutarent, corrigerent, & expungerent, deputaverimus; & quum priusquam operi manus imponeretur, memoratus Gregorius Cardinalis Salviati, aliis curis distectus, correctioni, & moderationi hujusmodi incumbere haud posset, in ejus locum dilectum filium Nostrum Joannem Carolum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Boschi nuncupat suffecerimus; semel, ac iterum, die nempe septima Septembris Anni MDCLXXXIV. & duodecima Maii currentis Anni, memorati Cardinales Boschi, Vicecomes, & Archinto simul conveniunt, collatisque consiliis, imprimi posse statuerunt cum Breviarium, Diurnum, & Missale, tum Martyrologium, quod Romano-Seraphicum appellatur, his tamen expunctis, moderatis, immutatis, atque correctis, quæ longo, maturoque labore, ac diligentia, præmisso examine, immutanda, moderanda, corrigenda, aut etiam expungenda tunc censuerunt. Post hæc cum dictus Paschalis novum supplicem libellum Nobis porrexerit pro obtinendis Litteris Apostolicis in simili forma Brevis, quibus non solum superius relata confirmarentur, sed etiam ex constituerentur peculiare leges, facultatesque concederentur, quæ magis forent opportuna pro usu; & promulgatione cum Breviarium, Diurnum, & Missalis, tum Martyrologii præfatorum; Nos cum hæc preces eisdem Cardinalibus remisimus, ac eundem Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, siquibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audita prius relatione dilecti filii Julii Maria della Somaglia Congregationis dictorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum, necnon Congregationis dictorum trium Cardinalium, ut præfertur, deputata Secretarii, de eorundem Cardinalium Boschi, Vice Comitum, & Archinti consilio, cum Breviarium, Diurnum, & Missale, tum Martyrologium, in dictis Congregationibus die septima Septembris Anni MDCLXXXIV. & duodecima Maii currentis Anni MDCLXXXV. habitis approbata, cum omnibus, & singulis immutationibus, moderationibus, correctionibus quibuscumque, ac nonnullis in dicto Kalendario Anni MDCLXXXI, tunc decretis Auctoritate

Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Præterea omnibus, & singulis Superioribus, Fratribus, aliisque quibuscumque personis cujuscumque gradus, & status, & quovis tempore, dicto Ministro Generali pro tempore existenti quomodolibet subjectis, qui, & quæ ad Horas Canonicas, sive in Choro, sive extra illum recitandas tenentur, & tenebuntur in quibuscumque Provinciis, Custodiis, Conventibus, Monasteriis, & locis tam citra, quam ultra Montes, & Maria, universoque in Orbe degentibus, ut postquam Breviarium, Diurnum, Missale, & Martyrologium Romano-Seraphicum hujusmodi, ut præmittitur, emendata, correctæ, & approbata in lucem prodierint, ac in suis respective locis evulgata fuerint, eadem, scilicet Breviarium, Diurnum, Missale, & Martyrologium Romano-Seraphicum, ita tamen, ne Conventus, aut Religiosi oneri novarum expensarum citra necessitatem subiciantur, ut veterum Librorum usus, donec vetustate consumpti fuerint, continuare possint, dummodo servetur novissima eorundem Librorum forma, ideoque ea etiam recitentur omnia, quæ in eisdem correctæ, vel innovata sunt, juxta impressionem, curante Ministro Generali præfato seorsim faciendam, hujusmodi correctionum, & innovationum adhibere, iisque omnino uti auctoritate, & tenore præfatis in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus. Volumus insuper, ut pristinis Martyrologiis, Kalendaris, Breviariis, Diurnis, ac Missalibus in iis dumtaxat, quæ huic Novissimæ ipsorum recognitioni, seu reformationi adversantur, abolitis in perpetuum, & suppressis, atque ipsorum usu interdicto, ea tamen ratione, quæ superius fuit expressa, tenore præfatorum Librorum in omnibus servetur. Sublata Monialibus Ministro Generali hujusmodi pro tempore existenti subjectis, quæ vel jam nunc Breviario Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat utuntur, vel illius sum imposterum sponte elegerint, facultate deinceps variandi, non obstant. Litteris fel. rec. Benedicti PP. XIV. prædecessoris Nostri in simili forma Brevis pro approbatione Breviarii, Missalis, Kalendarii, & Martyrologii Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupat, die decima Sexta Februarii Anni MDCCXLII. expeditis, necnon duobus Decretis memoratæ Congregationis Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die vigesima tertia Mensis Novembris Anni MDCLXXXVI. & die trigesima Augusti Anni MDCLXXXVII. editis, quibus auctoritate Apostolica per præfatos derogamus, iisque in ea, quæ superius disposita, adversantur, derogare intendimus. Monialibus vero S. Claræ, Tertiæ Ordinis S. Francisci, Conceptionistis, Coletanis, de Aquantia, aliisque peculiaris alicujus Breviarii recitationi nullo S. Sedis præcepto obstrictis, quæ vel sint Instituti, conjunctionem aliquam, seu connexionem in sui origine, aut progressu cum Ordine Minorum habentis, vel Breviario alicujus Instituti Minoritici legitime utantur, sive aliquando use fuerint; necnon personis tertii status Tertii Ordinis S. Francisci Choro non obligatis, etiamsi Ministri Generalis Regulari directioni non subsint, Breviario, Diurno, Missali, ac Martyrologio Romano-Seraphicis, ita tamen, ut hactenus recensite, aliæque omnes personæ hanc facultatem habentes, vel habituræ, quæ usum illorum Librorum jam elegerant, seu eligent, ad eosdem Libros, quoad Kalendarium, Rubricas, cæterasque omnes, & singulas eorum partes, se debeant conformare, perpetuis futuris temporibus utendi plenam, & ampliam facultatem auctoritate, & tenore præfatis confirmamus, & respective impertimur: sicuti paciter Monialibus omnibus, aliisque quibuscumque personis, quæ ex Nostro, vel ex Apostolicæ Sedis vel præcepto, vel facultate iisdem Libris utuntur, aut postea utentur, ut Kalendarium respectivæ Provinciæ, seu Custodiæ, quod adhibent, seu adhibebunt, per omnia, etiam quoad Officia, & quaslibet Officiorum partes, quæ Fratribus ipsius Provinciæ, seu Custodiæ concessa, vel concessæ fuerunt, vel imposterum concedentur, sequi libere ac licite possint, & valeant, auctoritate, & tenore præfatis concedimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum. Necnon, ut nemo tam in Alma Urbe Nostra, ac universa Ecclesiastica ditione mediate, vel immediate, nobis, ac successoribus Nostri Romani Pontificibus subjecta, quam extra ditionem hujusmodi, Breviarium, Diurnum, Missale, & Martyrologium hujusmodi sine speciali dicti Paschalis a Varisio moderni, aut pro

tempore existentis Ministri Generalis totius Ordinis Minorum S. Francisci, toties, quoties imprimi contigerit, in scriptis obte-
 ta, licentia imprimere, aut alibi, præterquam ut præfertur, im-
 pressa vendere, aut venalia habere, vel proponere possit, aucto-
 ritate, & tenore præfatis pariter concedimus & indulgemus. In-
 terdicentes propterea sub penis canonicis contentis in Constitutio-
 nibus Apostolicis, Breviario, & Missali Romanis præfixis, qui-
 buscumque personis, quantumlibet speciali mentione dignis, qua-
 cumque de causa, & occasione faciant, aut fieri permittant in
 futuris eorundem Librorum, ut supra approbatorum, editioni-
 bus, sine speciali licentia, & approbatione S. Sedis, ullam vel
 minimam additionem, detractionem, mutationem, insertionem
 in aliquo ex iisdem Libris, & signanter in Calendario, ac Rubricis
 exceptis tanummodo additionibus, mutationibus, correctio-
 nibus, & insertionibus in corpore eorundem faciendis vi nuova-
 rum Concessionum S. Sedis circa Officia, eorumve Ritum, aut
 partem aliquam, seu aliquas, dummodo unaqueque hujusmodi
 innovatio consentanea procul dubio sit Concessionibus ipsis,
 ac respective Rubricis generalibus, vel peculiaribus, talisque
 reapse esse judicetur a Religiosis Sacrorum Rituum peritis in
 Loco impressionis existentibus, atque ad id a respective Superi-
 orij Generali nominatim deputatis. Ceterum vero si aliquid,
 aut aliqua fuerint Sacrorum Rituum Congregationis præfate
 Responsa sive edita antehac, dummodo versentur super capite
 aliquo, vel aliquibus, quæ in Rubricis peculiaribus decisa non
 sunt, sive imposterum edenda, quæ ad notitiam personarum
 recensitis Libris utentium necessarium, vel utile sit deduci,
 ne sub iisdem penis, nisi integra, & ad verbum in loco se-
 parato, ac distincto, tum a Rubricis generalibus, & peculiari-
 bus, tum a corpore respectivi Libri, in ipso autem corpore,
 si opus sit, suo loco dumtaxat citanda, imprimi possint, pro-
 hibemus. Inhibentes insuper quibuscumque Christi fidelibus,
 præsertim librorum impressoribus, & Bibliopolis, sub stricto
 sanctæ Obedientiæ præcepto, & quoad personas Nobis, &
 Apostolicæ Sedi subjectas, etiam sub penis quingentorum du-
 centorum auri de Cameta, ac admissionis librorum, & typorum
 omnium Cameræ Nostræ Apostolicæ irremissibiliter applicandi,
 ne Breviarium, Diurnum, Missale, & Martyrologium hujusmodi
 posthac perpetuis futuris temporibus, sine speciali Ministri
 Generalis præfati pro tempore existentis licentia, toties, quoties
 imprimi contigerit, in scriptis obteuta, & in Libro eodem
 integre una cum præsentibus Nostris Litteris imprimenda, ty-

pis imprimere, vel ab aliis sine ejusmodi licentia impressa
 vendere, aut venalia habere, vel proponere quoquomodo au-
 deant, & præsumant: Ac propterea omnibus, & singulis per-
 sonis, quibus, juxta prædicta, Alio Breviario, Diurno, & Mar-
 tyrologio uti minime fas est, iisdem Libris sine præfata licen-
 tia impressis, & evulgatis, sub penis per Constitutiones Or-
 dinis prædicti præscriptis, aliisque per dictum Ministrum Ge-
 neralem pro tempore existentem super hoc infligendis, uti pos-
 sint prohibemus, Maadantes propterea dilectis filiis nostris, &
 Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vice Legatis,
 ac Præfatis, & Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Justi-
 tiz Ministris Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Loco-
 rum Status Nostræ Ecclesiasticæ præfati, quatenus eidem moderno,
 & pro tempore existentis Ministro Generali in præmissis efficacis de-
 fensionis præsidio assistentes, quodcumque ab eodem Ministro
 Generali fuerint requisiti, penas prædictas contra quoscumque ino-
 bedientes irremissibiliter exequantur. Decernentes, has præsentis
 Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque
 plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad
 quos spectat spectabit quomodolibet in futurum, inviola-
 biliter observari: sicut in præmissis per quoscumque Judices
 ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Au-
 ditorés, ac Cardinales, sublata eis, & eorum chiliber quavis
 aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judi-
 cari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super
 his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
 tingerit attentari. Non obstant Constitutionibus, & ordinatio-
 nibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & Litteris Apo-
 stolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis,
 confirmatis, & innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque.
 Volumus autem, ut præsentis Nostræ prohibitionis Litteræ in
 principio, vel in fine dictorum Breviariorum, Diurni, Missalis, &
 Martyrologii Romano Seraphici inserantur, & imprimantur, &
 ut eorundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu
 alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ec-
 clesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides
 adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibi-
 tæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI. Septembris MDCCLXXXV. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Pro Domino Card. de Comitibus
 B. Mariscottus Substitutus.

Loco Sigilli.

FR. PASCHALIS A VARISIO

Sac. Theologiae Lector Emeritus, Catholice Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Virginis Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum: ex electis secundum Regulam MINISTER GENERALIS XC., Commissarius, & Visitator Apostolicus, humilisque in Domino Servus.

D. Paulo Junchio Provisori Librorum Bibliotheca Vaticanæ salutem in eo, qui est vera Salus.

P. Ridem cum ageretur de recognoscendis, reformandisque Divini Officii Libris Romano-Seraphicis, fuit abs te nobis expositum, libenter te elegerimus typis, selectaque papyro impressionem tuis sumptibus curaturum BREVARIUM MINORIS, sive, ut vocant, in 12., tum etiam DIURNI in usum Chori, ac DIURNI PARVI, postremo MISSALIS, & MARTYROLOGII, necnon LIBELLORUM DUORUM, quorum altero additiones, innovationesque alia in Breviarii corpore, ac Diurni factæ, altero eæ, quæ in corpore Libri Missalis faciendæ sunt, continerentur; simul autem te fore, ipsorum Librorum, ac Libellorum pretio, quoad ejus fieri posset, immittito, altissimæ consulturum Paupertati nostræ, Hanc nos benevolam erga Seraphicum Ordinem voluntatem tuam gratam, acceptamque habentes, postulatis libentissime cum annuerimus; tu tuam idem, quod interim ad Breviarium, Diurnum parvum, Martyrologium, ac priorem ex dictis Libellis pertinet, jam exsolvisi; exsolvitur etiam brevi quod spectat ad Diurnum Chori, & ad Libellum alterum, ac deinde quod atinet ad Librum ipsum Missalem. Quandoquidem vero SS. Dñs Noster PIUS Divina Providentia PP. VI. pro eximio illo, quo fertur in Divini

Cultus deus, & augmentum, studio, ac pro paterna simul illa, qua pauperulum Ordinem nostrum complectitur, benignitate dignatus est spect in Constitutione sua, data die 6. Septembris 1785., ejus initium, Religiosos Ordines, interdicere omnibus, ac præsertim librorum impressoribus, & Bibliopolis, ne sine speciali licentia nostra, aut nostrorum pro tempore Successorum, toties, quoties prædictorum Librorum aliquem imprimi contigerit, in scriptis obteuta, imprimendamque integre in eodem Libro, ulum ex iisdem Libris formis excudere, aut ab aliis sine ejusmodi licentia excusum vendere, seu venalem proponere, aut habere quoquo modo audeant: nos utentes auctoritate hujusmodi, a clementissimo Pontifice Officio nostro tributa, per has nostras litteras tibi, ut ius, fasque postulat, facultatem pro hac vice concedimus, qua supradictos Libros, & Libellum typis jam impressos vendere, necnon Diurnum Chori pericere, ac Libellum alterum, ipsumque Missale ex integro imprimere, eademque impressa vendere, libere possis, & valeas, servatis quidem de jure servandis. Dat. Romæ ad Arancœlli 22. Septembris 1785.

Loco Sigilli.

Fr. Paschalis a Varisio Minister Generalis.
 De mandato Rmi in Christo Patris
 F. Jo. Antonius Ticinensis Secr. Gen. Ord.
 CA.

CALENDARIIUM FESTORUM NOSTRI ORDINIS

JANUARI.

- 14 Fest. SS. Nominis Jesu, dupl. 2. Class. cum comm. S. Felicis Presbyt. & Mart. in Missis privat. tantum. pag. 4.
- 16 SS. Berardi, & Socior. Pratomart. nostri Ordinis, dupl. 2. Class. p. 6.
- 23 Desponsatio B. M. V. dupl. maj. cum comm. S. Joseph, & S. Emerentianæ V. & M. p. 7.
- 28 B. Matthæi ab Agrigento Ep. & Conf. dupl. min. cum comm. S. Agnetis secundo. ib.
- 30 B. Hyacinthæ Virg. dupl. maj. ib.
- 31 B. Ludovicæ Vid. dupl. min. ib.

FEBRUARI.

- 1 B. Andreæ de Comitibus Conf. dupl. maj. ib.
- 3 B. Odorici Conf. dupl. min. cum comm. S. Blasii Ep. & Mart. ib.
- 4 S. Josephi a Leonissa Conf. dupl. maj. ib.
- 5 BB. Petri Baptistæ, & Socior. Mart. Japonensium dupl. 2. Class. p. 8.
- 6 S. Agathæ Virg. & Mart. dupl. min. cum comm. S. Dorotheæ Virg. & Conf. ib.
- 7 B. Antonii de Seronconio Conf. dupl. maj. ib.
- 9 S. Apolloniæ Virg. & Mart. dupl. min. ib.
- 11 B. Joannæ Valesiæ Vid. dupl. maj. ib.
- 12 S. Petri Nolasco Conf. dupl. min. ib.
- 13 B. Viridianæ Virg. dupl. min. ib.
- 14 S. Andreæ Corsini Ep. & Conf. dupl. min. cum comm. S. Valentini Mart. ib.
- 15 S. Romualdi Abb. dupl. min. cum comm. Translat. S. Antonii Patavini, ac SS. Faustini, & Jovitæ Mart. ib.
- 16 B. Bernardi a Corleone Conf. semid. ad libit. p. 9.
- 17 S. Hilarii Ep. & Conf. semid. ib.
- 18 S. Marcelli Papæ & Mart. semid. cum comm. S. Simeonis Ep. & Mart. ib.
- 19 S. Conradi Conf. dupl. maj. ib.
- 20 S. Raymundi de Pennafort Conf. semid. ib.
- 21 B. Angelæ Mericæ Virg. semid. ad libit. ib.
- 22 S. Margaritæ de Cortona Poeniten. dupl. 2. Class. ib.
- 23 Cathedra Antioch. S. Petri dupl. maj. cum comm. S. Pauli, & in Anno comm. Vigili. S. Mathiæ Ap. p. 10.
- 25 vel 26 S. Martinæ Virg. & Mart. semid. ib.
- 26 vel 27 S. Ignatii Ep. & Mart. semid. ib.
- 27 vel 28 B. Eustochii Virg. semid. ib.
- 28 vel 29 B. Thomæ a Cora Conf. dupl. min. p. 11.

MARTII.

- 1 B. Mathiæ de Nazareis Virg. semid. ad libit. ib.
- 5 B. Rogerii Conf. dupl. min. ib.
- 6 B. Coletæ Virg. dupl. maj. ib.
- 8 S. Joannis de Deo Conf. ib.
- 9 S. Catharinæ Bononiens. Virg. dupl. 2. Class. ib.
- 11 S. Franciscæ Vid. dupl. min. ib.
- 14 Translatio S. Bonaventuræ Ep. Conf. & Ecclesiæ Doct. simplex. ib.
- 15 Commem. Sanctorum, quorum Corpora &c. dupl. min. p. 12.
- 18 B. Salvatoris ab Horta Conf. dupl. min. ib.

- 20 B. Joannis a Parma Conf. dupl. maj. ib.
- 22 S. Benvenuti Ep. & Conf. dupl. maj. ib.
- 24 S. Gabrielis Archangeli. dupl. maj. ib.
- 30 B. Angelæ Fulginat. Vid. dupl. maj. pag. 13.

APRILIS.

- 3 B. Benedicti Conf. dupl. min. ib.
- 4 S. Isidori Ep., & Conf. p. 14.
- 11 S. Leonis Papæ Conf., & Ecc. Doct. ib.
- 12 B. Angeli a Clavasio Conf. dupl. min. ib.
- 16 S. Raphaelis Archangeli dupl. 2. Class. ib.
- 21 S. Anselmi Ep., & Conf. p. 15.
- 23 B. Egidii Conf. dupl. min. ib.
- 24 S. Fidelis a Sigmaringa Mart. dupl. maj. ib.
- 27 B. Jacobi de Bitecto Conf. dupl. min. p. 16.
- 28 B. Lucii Conf. dupl. maj. cum comm. S. Vitalis Mart. ib.

Dominica III. post Pascha Fest. Patrocinii S. Joseph. dupl. 2. Class. cum comm. Dominicæ. ib.
 Dominica V. post Pascha Dedicatio Ecclesiæ Assisien. S. P. N. Francisci dupl. maj. cum comm. Dominicæ p. 17.

M A J I.

- 11 S. Georgii Mart. semid. ib.
- 13 S. Petri Regalati Conf. dupl. 2. Class. ib.
- 14 B. Francisci a Fabriano Conf. dupl. min. cum comm. S. Bonifacii Mart. pag. 18.
- 16 S. Ubaldi Ep. & Conf. semid. Romæ, & alibi S. Joannis Nepom. M. dupl. min. ib.
- 17 S. Paschalis Conf. dupl. 2. Class. p. 18.
- 18 S. Felicis Capuce. Conf. dupl. maj. ib.
- 19 S. Ivonis Conf. dupl. maj. cum comm. S. Pudencianæ Virg. p. 19.
- 20 S. Bernardini Senen. Conf. dupl. 2. Class. ib.
- 21 S. Venantii Mart. dupl. min. pag. 20.
- 22 B. Humilianæ Vid. dupl. min. ib.
- 23 S. Petri Cælestini Pp. & Conf. dupl. min. ib.
- 24 B. Joannis de Prado Mart. dupl. maj. ib.
- 25 Translatio S. P. N. Francisci, dupl. maj. cum comm. S. Urbani Papæ & Mart. p. 21.
- 28 S. Gregorii VII. Papæ & Conf. dupl. min. ib.
- 29 Romæ, & alibi, S. Ubaldi Ep. & Conf. semid. p. 22.
- Fer. vi. post Oct. Corp. Christi, Romæ, & alibi. Fest. SS. Cordis D. N. Jesu Christi, dupl. maj. ib. & p. 47.

J U N I I.

- 3 B. Andreæ de Hyspello Conf. dupl. min. ib.
- 5 B. Pacifici a Ceredano Conf. dupl. min. ib.
- 12 B. Guidi Conf. dupl. maj. cum comm. SS. Basilidis, & Soc. Mart. ib.
- 13 S. Antonii de Padua Conf. dupl. 2. Class. cum octava. ib.
- 15 S. Joannis a S. Facundo Conf. dupl. min. cum comm. Oct., & SS. Viti, & Soc. Mart. p. 23.
- 16 De Oct. S. Antonii semid. ib.
- 17 De Oct. S. Antonii semid. ib.
- 18 De Oct. S. Antonii semid. cum comm. SS. Marci, & Marcelliani Mart. ib.

- 19. B. Michelina Vid. dupl. min. cum comm. Oct., ac SS. Gervasii, & Protasii Mart. ib.
- 20 Octava S. Antonii dupl. min. cum comm. S. Silvestri Papæ, & Mart. ib.
- (21 In Italia, & Insulis adjacentibus S. Aloysii Gonzaga Conf. dup. min.
- (Extra Italiam &c. hodie fit de S. Juliana Virg. dupl. min.
- (In Italia vero &c. de S. Juliana fit die 22. cum comm.
- (S. Paulini Ep. & Conf. ib.
- 25 S. Gulielmi Abb. cum comm. Oct. S. Jo. Bapt. p. 24.
- 27 B. Benvenuti Conf. dupl. maj. cum comm. Oct. S. Joannis Baptistæ. ib.

JULII

- 4. Annivers. Dedicat. omnium Ecclesiarum &c. dupl. 1. Cl. cum Octava. ib.
- 5 De Oct. Dedicat. semid. cum comm. SS. Apostol. Petri, & Pauli. ib.
- 7 De Oct. dedicat. semid. ib.
- 8 S. Elisabeth Reg. Portug. Vid. dupl. maj. cum comm. Oct. Dedicat. ib.
- 9 BB. Mart. Gorcomiensium, dupl. maj. cum comm. Oct. Dedicat. ib.
- 11 Octava Dedicat. dupl. min. cum comm. S. Pii Papæ, & Mart. ib.
- 14 S. Bonaventuræ Ep. Conf. & Eccles. Doct. dupl. 2. Class. cum Octava. p. 25.
- 18 B. Simonis a Lypnica Conf. dupl. min. cum comm. Oct. ac SS. Symphorosæ, & Filior. ejus p. 26.
- 19 B. Joannis a Dukla Conf. dupl. min. cum comm. Octava. ib.
- 21. Octava S. Bonaventuræ Ep. Conf. & Doct. cum comm. S. Praxedis Virg. ib.
- 24 S. Francisci Solani Conf. dupl. 2. Class. cum comm. Vigil., & S. Christianæ V. & M. in Missis privatis tantum. ib.
- 27 B. Cunegundis Virg. dupl. min. cum comm. S. Pantaleonis Mart. p. 27.
- 31 S. Ignatii Conf. ib.

AUGUSTI

- 2 Dedicatio Eccl. S. Mariæ Angelorum, quæ a S. P. N. Francisci Mater & Caput totius sui Ord. instituta est, dupl. maj. cum comm. Stephani Papæ, & Mart. ib.
- 4 S. P. Dominici Conf. dupl. 2. Class. cum Octava. ib.
- 9 S. Vincentii a Paulo Conf. dup. min. cum comm. Oct., Vigil., & S. Romani Mart. ib.
- 11 Octava S. P. Dominici dupl. min. cum comm. Ss. Tiburtii, & Susannæ Mart. ib.
- 12 S. Claræ Virginis, dupl. 1. Class. cum Octava. p. 28.
- 13 B. Petri a Molleano Conf. dup. min. cum comm. Oct. S. Claræ, & S. Laurentii, ac Ss. Hippoliti, & Cassiani Mart. p. 29.
- 14 B. Sanctes Confess. semid. cum comm. duar. Octav., Vigil., & S. Eusebii Conf. ib.
- 16 S. Rochi Conf. dupl. maj. cum com. trium Octav. ib.
- 18 S. Helenæ Imper. Vid. dupl. min. cum comm. Assumpt., S. Claræ, & S. Agapiti Mart. ib.
- 19 S. Ludovici Ep. & Conf. dupl. 2. Class. cum comm. diei Oct. S. Claræ tantum. p. 30.
- 24 vel 26. S. Hyacinthi Conf. dupl. min. ubi fit 24. cum comm. Vig. ubi 26. cum comm. S. Zephyrini

- Papæ, & Mart. p. 31.
- 25 vel 26. S. Ludovici Regis Conf. dupl. 2. Class. Ubi celebratur 26. cum comm. S. Zephyrini in Missis privatis tantum. ib.
- Apud Tertiarios dupl. 1. Class. cum Octava, sine ulla comm. nec etiam in Miss. privatis.
- 26. S. Hyacinthi Conf. ut supra die 24. ib.
- 30 S. Rosæ Limanæ Virg. ib.

SEPTEMBRIS

- 1 B. Isabellæ Virg. semid. cum com. S. Ægidii Abb. ac Ss. XII. Fratrum Mart. ib.
- Apud Tertiarios Octava S. Ludovici Regis, dupl. min. cum comm. S. Ægidii &c. ut supra.
- 3. BB. Joannis, & Petri Mart. dupl. min. ib.
- 4 S. Rosæ Viterbien. Virg. dupl. 2. Classis. ib.
- 5 S. Laurentii Justiniani Ep., & Conf. p. 32.
- 9 B. Seraphinæ Vid. semid. cum comm. Oct. Nativit. & S. Gorgonii Mart. ib.
- 17 Impressio Sacror. Stigmat. in Corpore S. P. N. Francisci, dupl. 2. Class. p. 33.
- 18 S. Josephi a Cupertino Conf. dupl. min. p. 34.
- 22 S. Thomæ a Villanova Ep. & Conf. semid. cum comm. Ss. Mauritii, & Soc. Mart. p. 35.
- 26 B. Lucie Virg. dupl. min. cum comm. Ss. Mart. Cypriani, & Justinæ. ib.
- 27 S. Elzearii Conf. dupl. maj. ib.
- 28 B. Bernardini de Feltria Conf. dupl. min. p. 36.

OCTOBRIS

- 3 Ss. Cosmæ, & Damiani Mart. semid. cum comm. Vig. S. P. N. Francisci, ac Translationis S. Claræ Virg. ib.
- Vigilia S. P. N. Francisci. ib.
- 4 Seraphici Patriarchæ, & P. N. S. Francisci, dupl. 1. Class. cum Octava. p. 38.
- 5 De Oct. S. P. N. Francisci semid. cum comm. Ss. Placidi, & Soc. Mart. p. 41.
- 7 De Oct. S. P. N. Francisci semid. cum comm. S. Marci Papæ & Conf. ac Ss. Sergii, & Soc. Mart. ib.
- 11 Octava Seraph. P. N. S. Francisci dupl. min. ib.
- 12 S. Seraphini Conf. dupl. min. ib.
- 13 Ss. Danielis, & Soc. Mart. dupl. 2. Class. ib.
- 16 S. Wenceslai Mart. semid. p. 42.
- 19 S. Petri de Alcantara Conf. dup. 2. Class. ib.
- 21 Ss. Ursulæ, & Soc. Virg. & Mart. dup. min. (apud Clarissar. dup. maj.) cum comm. S. Hilarionis Abb. p. 43.
- 22 B. Ladislai Conf. dupl. min. ib.
- 23 S. Joannis a Capiserano Conf. dupl. 2. class. ib.
- 24 S. Eduardi Reg. & Conf. semid. p. 44.
- 25 B. Pacifici a S. Severino Conf. dupl. min. ib.
- 26 B. Bonaventuræ a Potentia Conf. semid. ad libitum.
- 31 B. Thomæ a Florentia Conf. dupl. min. cum comm. Vig. Omn. Sanctorum. ib.

NOVEMBRIS

- 4 S. Caroli Ep. & Conf. dupl. min. cum comm. Oct. Omn. Sanctorum, B. Helenæ Virg. ac Ss. Vitalis, & Agricolæ Mart. ib.
- Dom. 2. Nov. Festum Patrocinii B. M. V. dupl. maj. cum comm. Dominicæ ib.

- 10 S. Andrea Avellini Conf. cum comm. S. Tryphonis &c. Soc. Mm. ib.
- 12 S. Didaci Conf. dupl. 2. Class. ib.
- 13 S. Martini Papæ, & Mart. semid. p. 45.
- 14 B. Gabrielis Ferretti Conf. dup. min. ib.
- 16 B. Agnetis Virg. dupl. maj. ib.
- 17 B. Salomeæ Virg. dupl. min. p. 46.
- 19 S. Elisabeth Hungariæ Vid. dupl. 2. Class. cum comm. S. Pontiani Papæ, & Mart. in Missis privatis tantum. ib.
- Apud Tertiarios dupl. 1. Class. cum Octava, sine comm. S. Pontiani. ib.
- 24 S. Joannis a Cruce Conf. cum comm. S. Chrysgoni Mart. ib.
- 26 B. Delphinæ Virg. dupl. maj. cum comm. S. Petri Ep. & M. ib.
- Apud Tertiarios Octava S. Elisabeth, dupl. min. cum comm. S. Petri ut supra.
- 27 S. Gregorii Thaumaturgi Ep. & Conf. semid. p. 1.
- 28 S. Jacobi Piceni Conf. dupl. 2. Class. ib.
- 29 Festum Omn. Sanctorum Trium Ord. &c. dupl. 2. Class. cum comm. Vigil. & S. Saturnini Mart. in Missis privatis tantum p. 2.

DECEMBRIS

- 1. vel alia die non impedita. Commemoratio omnium

- Fratrum, Sororum, & Benefactorum Defunctorum, Trium Ord. S. P. N. Francisci. ib.
- 4 S. Petri Chysologi Ep. & Conf. dupl. min. cum comm. Fer. & S. Barbaræ Virg. & Mart. ib.
- 5 B. Elisabeth Virg. semid. ad libit. cum comm. Feriæ, & S. Sabbæ Abb. ib.
- 8 Immaculata Conceptio Beatissimæ V. M. nostri Seraphici Ord. Patronæ dupl. 1. Class. cum Octava. cum comm. Feriæ p. 3.
- 9 In Stat. Eccl. S. Silvestri Abb. dupl. min. cum comm. Octav. & Feriæ.
- Extra Stat. Eccl. De Oct. Imm. Concept. semid. cum comm. Feriæ. p. 4.
- 10 In Stat. Eccl. & alibi Translatio Almæ Domus Lauretanæ, Missa propr. habetur in fine Missalis pro aliquib. locis, cum comm. Feriæ, ac S. Melchiadis Pp. & Mart. tantum.
- Extra Stat. Eccl. De Oct. Imm. Concept. semid. cum comm. Fer. & S. Melchiadis Pp. & Mart. ib.
- 12 De Oct. Imm. Concept. semid. cum comm. Fer. ib.
- 14 De oct. Immac. Concept. semid. cum comm. Feriæ. ib.
- 15 Octava Immac. Concept. dupl. min. cum comm. Feriæ. ib.
- 18. Festum Expectationis Partus B. M. V. dupl. maj. cum comm. Feriæ. ib.
- 23. B. Nicolai Factoris Conf. dupl. min. cum comm. Feriæ. ib.



Faint, illegible text from the reverse side of the page, likely bleed-through from the previous page.

EXCUBEAT ROMÆ
PAULUS JUNCHIUS ROMANUS TYPOGRAPHUS
PROVISOR LIBRORUM PRO BIBLIOTHECA VATICANA
ANNO A NATIVITATE DOMINI MDCCLXXXVII.
X. KAL. JANUARIAS
SEDENTE
SS. D. N. PIO PAPA SEXTO
ANNO PONTIFICATUS EIUS XII.



MISSÆ PROPRIÆ SANCTORUM

Ad usum Trium Ordinum S. P. N. Francisci.

FESTA NOVENBRIS.

Die XXVII. Novembris.

IN FESTO S. GREGORII

Thaumaturgi Episcopi, & Confess.

Missa, S. tatur, ut in Missali die 17.
aut 24., vel 29. huj.

Die XXVIII. Novembris.

IN FESTO S. JACOBI

de Marchia Conf. I. Ordinis.

Introitus. Psalm. 51. v. 10.



Go autem sicut oliva fructifera
in domo Dei, speravi in mise-
ricordia Dei in æternum, &
in sæculum sæculi.

Psalm. 111. B eatus vir, qui ti-
met Dominum: in mandatis ejus volet ni-
mis. V. Gloria Patri. &c. Oratio.

D eus, qui ad animarum salutem, &
peccatores è vitiõrum cœno ad viam
virtutis revocandos beatum Jacobum Con-
fessorem tuum Evangelii præconem exi-
mum effecisti: concede propitius; ut ejus
intercessione, a peccatis omnibus expiati,
vitam consequamur æternam. Per Dñm.

In Adventu fit commemoratio Feriæ.

Lectio Libri Sapientiæ. Eccli. 45.

D illæctus Deo, & hominibus, cujus me-
moria in benedictione est. Similem
illum fecit in glõria sanctorum, & magni-
ficavit eum in timore inimicorum, & in
verbis suis monstra placavit. Glorificavit
illum in conspectu regum, & jussit illi co-
ram populo suo, & ostendit illi glõriam su-
am. In fide, & lenitate ipsius sanctum fe-
cit illum, & elegit eum ex omni carne.
Audiavit enim eum, & vocem ipsius, &
induxit illum in nubem. Et dedit illi coram
præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ.

Graduale 1. ad Timoth. 4. v. 12. & 16.

E xemplum esto fidelium in verbo, in con-
versatione, in charitate, in fide, in casti-
tate. V. Hoc enim facies, & teipsum
salvum facies, & eos, qui te audiunt. Al.

Miss. SS. Ord. Min.

lelûja, allelûja. V. Eccli. 49. v. 4. G uber
navit ad Dominum cor ipsius, & in diebus
peccatorum corroboravit pietatem. Allel.



Sequentia sancti Evangelii secun-
dum Lucam. Luc. 10.

I n illo tempore: Designavit Dominus
& alios septuaginta duos: & misit illos
binos ante faciem suam, in omnem ci-
viattem, & locum, quo erat ipse venturus.
Et dicebat illis: Messis quidem multa, o-
perarii autem pauci. Rogate ergo Domi-
num messis, ut mittat operarios in messem
suam. Ite: ecce ego mitto vos, sicut agnos
inter lupos. Nolite portare sacculum, ne-
que peram, neque calceamentâ: & nemi-
nem per viam salutaveritis. In quacumque
domum intraveritis, primum dicite: Pax
huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, re-
quiescet super illum pax vestra: sin autem,
ad vos revertetur. In eadem autem domo
manete, edentes, & bibentes, quæ apud
illos sunt: dignus est enim operarius mer-
cede sua. Nolite transire de domo in do-
mum. Et in quacumque civitatem intra-
veritis, & susceperint vos, manducate,
quæ apponuntur vobis: & curate infirmos,
qui in illa sunt, & dicite illis: Appropin-
quavit in vos regnum Dei. Credo.

Offertorium. Eccli. 9. v. 22. I n timore
Dei sit tibi gloriatio, & in sensu sit cogita-
tus Dei, & omnis enarratio tua in præcep-
tis Altissimi. Secreta.

S uscipe, Domine, mûnera, quæ tibi
in beati Jacobi Confessoris festivitæ
deferimus: ut hæc sacrosancta mysteria
nos, ipso intercedente, sanctificent, &
ad gaudia perducant sempiterna. Per Dñm.

Communio. Matth. 11. V enite ad me
omnes, qui laboratis, & onerati estis, &
ego reficiam vos. Postcommunio.

S upplices te rogamus, omnipotens De-
us; ut quos tuis reficis Sacramentis, bea-
ti Jacobi Confessoris meritis, & exemplo,
tibi etiam placitis moribus dignanter deser-
vire concedas. Per Dominum.

A Die

XVIII, 47000



IN FESTO OMNIUM SANCTORUM

TRIUM ORDINUM S. P. N. FRANCISCI.

Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore Sanctorum Omnium Ordinis Minorum: de quorum solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. **Ps. 32.** Exultate justi in Domino: rectos decet collaudatio. **V.** Gloria.

Oratio.

OMnipotens sempiternus Deus, qui Ecclesiam tuam variis Sanctorum splendoribus semper illustras, protegis, atque conservas: concede propitius; ut beati Francisci, & sanctorum Filiorum ejus, quorum omnium merita nos sub una tribuisti celebritate venerari, precibus, & hic ab omnibus mundemur offensis, & in futuro gloria perfruamur aeterna. Per Dñm.

Fit comm. Vig. S. Andreae Ap., cum ejusd. Evang. in fin. praterquam in Missa Conventuali, ubi de eadem Vigilia celebratur Missa post Nonam, ac S. Saturnini Mart., ut in Missali hac ipsa die in Missa ejusdem Vigiliae; sed de S. Saturnino in Missis privatis tantum. In Adv. fit comm. Feriae, deinde Vigiliae, postremo S. Saturnini Mart.

Lectio Libri Sapientiae: Eccli 44.

HI viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, haereditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum: & filii eorum propter illos usque in aeternum manent: semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem, & generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudes eorum nuntiet Ecclesia.

Grad. Ps. 33. Time Domine omnes Sancti ejus: quoniam nihil deest timentibus eum. **V.** Inquirentes autem Dominum, non deficient omni bono. **Allel. allel. V. Matth. 11.** Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. **Allel.**

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. 12. d

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia

complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite, quae possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis; quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. **Credo.**

Offertor. Psal. 149. Exultabunt Sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis; exaltationes Dei in faucibus eorum. **Secreta.**

Munera tibi, Domine, nostrae devotionis offerimus: quae & pro cunctorum tibi grata sint honore justorum; & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dñm.

Prefatio; Q ut infra in solemnitate S.P.N. Francisci, die 4. Octob.

Comunio. Psal. 31. Laetamini in Domino, & exultate justi; & gloriamini omnes recti corde. **Postcommunio.**

DA, quaesumus Domine, fidelibus populis, Omnium Sanctorum Ordinis Minorum semper veneratione laetari: & eorum perpetua supplicatione muniri. Per Dñm.

FESTA DECEMBRIS.

Die I. Decembris, vel prima die non impedita

Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum Nostri Seraphici Ordinis. Missa ut in nostris Rubricis peculiaribus.

Die IV. Decembris.

IN FESTO S. PETRI CRYSOLOGI

Epis. & Confess.

Missa, In medio Ecclesiae, ut in Miss. hac ipsa die; vel 9. hujus, cum comm. Fer., ac S. Barbarae Virg. & Mart. Or. Deus qui inter cetera, ut in Comm. V. & M.

Die V. Decembris.

IN FESTO B. ELISABETH BONAE

Virginis 3. Ordinis.

Missa. Dilexisti, de Comm. Virginum, excepta, Oratione sequenti. Oratio. Rescat, Dñe, in nobis Passionis Unigeniti Filii tui affectus: & beatae Elisabeth Virginis imitatione, ejus memoria in cordibus nostris jugiter augeatur. Per eundem.

Deinde fit comm. Feriae, & S. Sabbae. Or. Intercessio nos, de Comm. Abbat.

Die

IN SOLEMNITATE
IMMACULATAE CONCEPTIONIS

BEATISSIMAE VIRGINIS MARIAE

Nostri Seraphici Ordinis Patronae.

Introitus.

Gredimini, & videte filiae Sion Reginam vestram, quam laudant astra matutina, cujus pulchritudinem sol & luna mirantur, & jubilant omnes Filii Dei. **Psalm. 8;** Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. **V.** Gloria Patri. **Oratio.**

DEus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preparasti: quaesumus; ut, qui ex morte ejusdem Filii sui praevisa, eam ab omni labe praeservasti; nos quoque mundos, ejus intercessione, ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum.

Deinde fit comm. Feriae occurrentis.

Lectio libri Sapientiae. Prov. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terrae. Quando preparabat caelos, aeternam: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: quando aethera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terrae. Cum eo eram, cuncta componens; & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & deliciae meae, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filii audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abjicere eam. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem a Domino.

Deinde fit comm. Feriae occurrentis.

Lectio libri Sapientiae. Prov. 8.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terrae. Quando preparabat caelos, aeternam: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: quando aethera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terrae. Cum eo eram, cuncta componens; & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & deliciae meae, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filii audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abjicere eam. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem a Domino.

Deinde fit comm. Feriae, & S. Sabbae. Or. Intercessio nos, de Comm. Abbat.

Lectio libri Sapientiae. Prov. 8.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terrae. Quando preparabat caelos, aeternam: quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: quando aethera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum: quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appendebat fundamenta terrae. Cum eo eram, cuncta componens; & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & deliciae meae, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filii audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abjicere eam. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem a Domino.

Graduale. Qualis est dilecta nostra, charissimi? qualis est Mater, dicite, Domini? qualis & quanta sit soror, & sponsa Christi. **V.** Dilcta nostra candida, immaculata quasi aurora consurgens. **Alleluja, allel. V.** Veni Regina nostra, veni Domina in hortum odoris super omnia aromata. **Allel.**

Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens V. Virga Jesse floruit: Virgo Deum & hominem genuit: pacem Deus reddidit; in se reconcilians ima summis. **Alleluja.**

Post Septuag. omissis Alleluja, & V. seq. dicitur Tractus. Gaude Maria virgo, cunctas haereses sola interimisti. **V.** Quae Gabrielis Archangeli dictis credidisti. **V.** Dum virgo Deum & hominem genuisti: & post partum, Virgo, inviolata permansisti. **V.** Dei Genitrix intercede pro nobis.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. 11. d

In illo tempore. Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quae suxisti. At ille dixit: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. **Credo, & dicitur per totam Octavam, etiam in festis infra eam occurrentibus.**

Offertorium. Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuae paradisus, o Maria; manus tuae stillaverunt myrrham, mellifluoque facti sunt coeli, dum manu Domini fabricata es mater tanti Dei. **Secreta.**

Suscipere digneris per te metipsum benignitatis auctorem, rogamus Domine, Matris, ac Domus tuae zelatorum devotas cum hilaritate supplicationes: ut sicut ipsa, tua gratia praeviente, mundo (hodie), immunitis apparuit; ita ipsi mundam de tuae Matris munere, te concedente, exhibeant gratiarum actionem. Per te metipsum Jesum Christum Filium ejus: Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate &c.

Secreta.

Suscipere digneris per te metipsum benignitatis auctorem, rogamus Domine, Matris, ac Domus tuae zelatorum devotas cum hilaritate supplicationes: ut sicut ipsa, tua gratia praeviente, mundo (hodie), immunitis apparuit; ita ipsi mundam de tuae Matris munere, te concedente, exhibeant gratiarum actionem. Per te metipsum Jesum Christum Filium ejus: Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate &c.

A 2

Illud

Illud (hodie) hic & in Postcommunione omittitur extra Octavam, ac etiam in Officio per Annum, & in Votivo. Præfatio de B. Virg. Et te in Conceptione, quæ dicitur per totam Octavam, etiam in Festis non habentibus propriam; & quando fit Offic. per Ann. in Sabb., ac in Missis Votiv.

Communio. Gloriosa dicta sunt de te, Maria, quia fecit tibi magna qui potens est.

Postcommunio.

Odorem, Domine, sacrificii hujus suscipe suavitatis, & præsta: ut, qui (hodie) Mariæ Conceptionem jubilando celebrant; ejus salubri oratione, fructu centuplum suæ devotionis accipiant. Per Dñm.

Infra Oct. Immaculatæ Conceptionis B. M. V. secunda Oratio dicitur de Feria, tertia de Spiritu Sancto, nisi occurrat Festum duplex, aut semiduplex, quia tunc fit de eo cum commem. Octavæ, & Feriæ.

Quando vero in Sabbato per Annum fit Offic. de Immaculata Conceptione, secunda Oratio erit de Spiritu Sancto, tertia Ecclesiæ, vel pro Papæ; & si occurrat commemoratio alicujus Sancti, ea ponitur secundo loco, & tertia Oratio erit illa, quæ alias secundo loco dicenda erat.

Die IX. Decembris.

(In statu Ecclesiast. S. Silvestri Abbat. Missa; Os justi. ut in Comm. Abb. cum comm. Octav. ac Feriæ.

(Ext. stat. Ecclesiast. De Oct. Immacul. Concept. Missa, ut in Festo, cum comm. Fer. & 3. Orat. de Spiritu Sancto.

Apud Tertiarias ext. stat. Ecclesiast. hac die fit de B. Delphina, ut infra die 26. Nov. cum com. Oct. & Feriæ.

Die X. Decembris.

(In statu Ecclesiast. & alibi. Translatio Almæ Domus Lauret. Missa propria habetur in fine Missalis pro aliquibus locis, cum com. Fer. ac S. Melchiadis P. & M. tant.

(Ext. stat. Eccl. &c. De Oct. Imm. Conc. Miss. ut in fest., cum com. Fer. ac S. Melchiadis P. & Mart.

Die XII. Decembris.

De Oct. Immac. Concept. Missa ut in festo, cum com. Fer. & 3. Orat. de Spiritu Sancto.

Apud Tertiarias in statu Ecclesiast. hac die fit de B. Delphina; ut infra die 26. Nov. cum com. Oct. & Fer.

Die XIV. Decembris.

De Oct. Immac. Concept. Missa, ut in festo, cum com. fer. & 3. Orat. de Spir. S.

Die XV. Decembris.

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS

Beatæ Mariæ Virginis.

Missa dicitur ut in die, cum comm. Fer. Si venerit in Dominica, Missa dicitur de eadem Dominica, sine Gloria, cum commem. Octavæ, & Præfatione B. M. V. Et te in Conceptione, & in fine, Benedicamus Dómino.

Die XVIII. Decembris.

INFESTO EXPECTATIONIS

Partus Beatæ Mariæ Virginis.

Missa propria habetur in fine Missalis Romani inter alias pro aliquibus locis: in Serraphico ibi, vel in fine pro aliquibus locis.

Die XXIII. Decembris.

INFESTO B. NICOLAI FACTORIS

Conf. I. Ord. Missa, Os justi, de Cni Conf. non Pont., exceptis Orationib. Et fit comm. Feriæ.

Deus, qui Beatum Nicolaium Confessorem tuum ineffabili Charitatis tuæ igne succensum te puro corde sectari fecisti; da nobis famulis tuis ut eodem spiritu replati, & Charitate ferventes, viam mandatorum tuorum inoffenso pedecurramus. Per Dñm.

Divini illius amoris incendio, quæsumus Domine hac sacrosancta Mysteria jugiter nos inflamment, quo Beatus Nicolaus eadem peragendo mirabiliter æstuabat. Per Dñm.

Angelorum pane nutriti, & superna dulcedine perfusi te, Domine, suppliciter exoramus, ut Beati Nicolai intercessione, & exemplo corda nostra a terrenis cupiditatibus sint libera, & ad cælestia semper aspirent. Per Dominum &c.

FESTA JANUARI.

Die XIV. Januarii.

IN FESTO SS. NOMINIS JESU.

Introitus. Philip. 2.



In Nominis Jesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. Psalm. 8. Domine Dominus

nus noster: quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Gloria Patri &c.

Oratio.

Deus, qui Unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, & Jesum vocari jussisti: concede propitius; ut cujus sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in cælis. Per eundem Dñm.

In Missis privatis tantum fit commem. S. Felicis Presbyteri, & Mart. Oratio.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus; ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent: quatenus quorum sollemniam agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum. Act. 4. In diebus illis: Petrus Spiritu Sancto repletus dixit: Principes populi, & Seniores audite. Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste salvus factus est: notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificantibus: qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

Graduale Psalm. 106. Salvos fac nos Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus: ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in gloria tua.

Isaia 63. Tu Domine, pater noster, a sæculo nomen tuum. Alleluja, allel.

Psalm. 144. Laudationem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen sanctum ejus.

Post Septuagesimam, omissis Alleluja, & sequenti, dicitur Tractus. Psalm. 79. & Cantic. 2. Domine Deus virtutum converte nos: & ostende faciem tuam, & salvi erimus: sonet vox tua in auribus meis.

Cantic. 2. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora nimis. Cantic. 1. Oleum effusum nomen tuum Jesu: ideo adulescentulæ dilexerunt te. Sequentia.

Lauda Sion Salvatoris Jesu nomen, & amoris, Toto cordis júbilo.

Nomen sanctum nos amare Decet semper, & laudare Absque mentis núbilo.

Jesu nomen potestatis, Atque æternæ majestatis, Summi Patris bráchium.

Coelos fecit, terræ molem Jesu nomen, atque solem, Et cælestæ gaudium.

Angelorum ingens coetus, Protoplastesque perfectus Fuit Jesu nomine.

Ut aquarum magni fontes Sunt immissi super montes Justo rerum ordine.

In Ægypto fecit signa Jesu nomen: & maligna Perdidit prodigia.

Scisso pelago, transvéxit Israël, & demersit Hostium insignia.

Hujus nominis virtute Superborum sunt destructæ Dæmonum potentia.

Simulacra idolorum Sunt eversa: tyrannorum Fractæ violentia.

Jesu nomen figuratum; Vehementer expectatum Patrum desiderio.

Revelatum nobis quidem Dedit spem, amorem, fidem, Máximo mysterio.

Nomen ergo hoc amandum Toto corde, & adorandum Omni reverentia.

In adversis nomen sanctum Invocetur: Jesu tantum Aderit presentia.

Presentia Deitatis, Et totius bonitatis, Dulcis Jesus aderit.

Fugat morbos & livores, Sed & animi languores, Jesus ubi venerit.

Veni ergo Jesu bone, Et te cordi nostro pone Nobile signaculum. Amen.

Postea dicitur Alleluja.



Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. 2. c

In illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer: vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Credo.

Offertorium. Psalm. 85. Confitebor tibi Domi-

Dómine Deus meus in toto corde meo: & glorificábo nomen tuum in aeternum. Quóniam tu Dómine suavis & mitis es, & multae misericórdiae omnibus invocántibus te, allelúja.

Secreta.

Benedictio tua, clementíssime Deus, qua omnis viget creatúra, sanctíficet, quæsumus, hoc sacrificium nostrum, quod ad gloriam nominis Filii tui Dómini nostri Jesu Christi offerimus tibi: ut majestati tuæ placere possit ad laudem, & nobis proficere ad salutem. Per eundem Dñm.

Pro S. Felice. Secreta.

Hostias tibi, Dómine, beati Felicis mártiris tui dicatas méritis, benignus assume: & ad perpétuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dñm.

Præfatio de Nativitate.

Communio. Ibid. Omnes Gentes, quas cumque fecisti, venient, & adorábunt coram te, Dómine, & glorificábunt nomen tuum: quóniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus, allelúja.

Postcommunio.

Omnipotens aetérne Deus, qui creásti, & redemísti nos, respice propítius vota nostra; & sacrificium salutáris hostiæ, quod in honórem Nominis Filii tui Dómini nostri Jesu Christi majestati tuæ obtulimus, plácido, & benigno vultu suscipere dignéris, ut grátia tua nobis infusa, sub glorióso nómine Jesu, aetérnæ prædestinationis titulo gaudeámus nomina nostra scripta esse in coelis. Per eundem Dñm.

Pro S. Felice. Postcommunio.

Quæsumus, Dómine, salutáribus repleti mystériis: ut beati Felicis mártiris tui, cujus solémnia celebrámus, orationibus adjuvémur. Per Dóminum.

Die XVI. Januarii.

IN FESTO SANCTORUM
Berardi, Petri, Accursii, Adjuti, & Othonis
nostri Seraph. Ordinis Protomartyrum.
Introitus. Psalm. 33.



Ultæ tribulatiões justorum, & de his omnibus liberávit eos Dóminus: Dóminus custodit omnia ossa eórum: unum ex his non conterétur.

Psalm. ibid. Benedicam Dóminum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo.
Gloria Patri. Oratio.

Largire nobis, quæsumus Dómine, beatis Martyribus tuis Berardo, Pe-

tro, Accursio, Adiuto, & Othone intercedentibus, coeléstia semper, & Christum amare, quorum glorióso martyrio Ordinis Minorum iníta consecrásti. Per Dñm.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corinthios. 1. Cor. 4.

Fratres, spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo, nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instábiles sumus, & laborámus operátes: mánibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutióem patimur, & sustinémus: blasphemámur, & obsecrámus: tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripséma usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo, sed ut filios meos charíssimos moneo: in Christo Jesu Dómino nostro.

Graduale. Psalm. 78. Vindica Dómine, sanguinem sanctórum tuorum, qui effusus est. **V.** Posuerunt morticina servórum tuórum, Dómine, escas volatilibus coeli; carnes sanctórum tuórum bestis terræ. Allelúja, allel. **V.** Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est inclýta tenens regna coeléstia. Allelúja.

Post Septuag. Tractus. Psalm. 125. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. **V.** Eúntes ibant, & flebant, mittentes semina sua. **V.** Venientes autem venient cum exultatiõe, portantes manipulos suos.

Sequéntia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 10.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellábunt vos: & ad præsides, & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis, & Géntibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus propter nomen meum:

qui

qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit. Credo.

Offertorium. Sap. 3. Justórum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace, allelúja.

Secreta.

Pro pretiósá, Dómine, tuórum morte Sanctórum sacrificium istud offerimus: quo opem tuam nostris temporibus clementer impendas, & grátiam nobis veræ devotiõis exhibeas. Per Dóminum.

Communio. Luca 12. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui vos persequuntur.

Postcommunio.

Coeléstia, Dómine, dona, quæ sumptuosius, vitam nobis tribuant sempiternam: quam cum Sanctórum Mártirum tuórum Berardi, Petri, Accursii, Adjuti, & Othonis gloriósis méritis implorámus. Per Dóminum.

Die XXIII. Januarii.

IN FESTO DESPONSATIONIS

B. Mariæ Virginis cum S. Joseph.

Missa habetur in fine Missalis Romani pro aliquibus locis, sub hac ipsa die; in Seraphico ibi, vel in fine pro aliquibus locis, cum commemorationibus S. Joseph, & S. Emerentianæ Virg. & Mart. sed illa S. Joseph ponitur ante alias quascumque, etiam Dominicæ occurrentis.

Die XXVIII. Januarii.

IN FESTO B. MATTHÆI

ab Agrigento, Episcopi, & Conf. I. Ord. Missa, Sacerdotes Dei, de Comm. Conf. Pont., excepta orat. seq. Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, interveniente beato Matthæo Confessore tuo, atque Pontifice, ut, sicut ipse sanctíssimi Nominis Filii tui Jesu amore flagravit, ita nos eodem accénsi, studeámus calcare terræna, & amare coeléstia. Per eundem Dóminum.

Et fit commem. S. Agnetis secundo, ut in ejus Missa, quæ est in Missali Romano hac ipsa die, ac etiam in Seraphico.

Die XXX. Januarii.

IN FESTO B. HYACINTHÆ

de Mariscottis Virg. 3. Ord. Missa; Dilexisti, de Comm. Virg. i. loco, excepta oratione sequenti. Oratio.

Deus, qui beatam Hyacintham Virginem tuam júgis mortificatiõis, &

charitatis victimam effecisti: eius nobis exemplo, & intercessiõe concede; ut peccata nostra deflere, & te semper diligere valeámus. Per Dóminum.

Die XXXI. Januarii.

IN FESTO B. LUDOVICÆ

Albertoniæ Vid. 3. Ord. Missa, Cognovi, de Comm. nec Virg. nec Mart. excepta oratione seq. Oratio.

Deus, qui beatæ Ludovicæ inter cæteras egrégias dotes insignem, verèque singularem erga Christi páuperes charitatis prærogativam misericórditer contulisti: concede nobis famulis tuis, ejus suffragántibus méritis charitatem, qua te super omnia toto cordis affectu diligere valeámus. Per eundem.

FESTA FEBRUARII.

Die I. Februarii.

IN FESTO B. ANDRÆ

de Comitibus Conf. I. Ord.

Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pont. excepta oratione seq. Oratio.

Domine Jesu Christe, veræ humilitatis & exemplar, & præmium: quæsumus; sicut beatum Andream Confessorem tuum in contemnendis honoribus mirabilem effecisti; ita nos ejus méritis, & exemplo facias peritura despiciere, & aeterna sectari. Qui vivis, & regnas.

Die III. Februarii.

IN FESTO B. ODORICI

Conf. I. Ord. Missa, Os justi, de Cõf. Conf. non Pontif. excepta orat. seq. Oratio.

Deus, qui ut multos Orientis pópulos ad Ecclésiæ sinum perduceres, beatum Odoricum invicta animi fortitudine in máximis labóribus roborásti: respice propítius ad ánimos diabólica fraude deceptos, ut méritis ipsius gloriósis a suis tenebris eruántur. Per Dóminum.

Fit commem. S. Blasii. Oratio. Deus, qui nos, ut in Missa, Sacerdotes Dei, de Comm. unius Mart.

Die IV. Februarii.

IN FESTO S. JOSEPHI

a Leonissa Conf. Ord. Min. Cap.

Missa, Justus ut palma, de Com. Conf. non Pont. exceptis oratione sequenti, & Evangelio. Oratio.

Deus fidélium remunerátor servórum, qui beatum Joséphum eximium in Evan-

Evangélica prædicatione operarium effecti: ejus, quæsumus, intercessione concede; ut à grato tibi servitio numquam cessemus in terris: & plenam a te mercèdem recipiamus in coelis. Per Dñm.

Evang. Designavit Dominus, ut in festo S. Marci die 25. Aprilis.

Die V. Februarii.

IN FESTO BB. MARTYRUM Japonensium Petri Baptistæ, & Soc. l. Ord.

Missa, Salus aurem justorum, de Comm. plur. Mart. præter sequentia. Oratio.

Deus, qui primitias fidei apud Japoniæ Gentes beatorum Martyrum tuorum Petri-Baptistæ, & Sociorum ejus sanguine dedicasti: concede propitius ut ad tui nominis confessionem, quorum excitamur exemplis, eorum precibus adjuvemur. Per Dñm.

Post Epistolam dicit. Graduale ut ibi, sed in fine. Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina; Christum secuta est, incluta tenens regna coelæstia, Allelûja.

Trang. Descendens Jesus de Monte. ut in Missa, Sapiëntiam Sanctorum, de eodem Comm.

Die VI. Februarii.

IN FESTO S. AGATHÆ

Virg. & Mart. Missa, Gaudeamus ut in Missali Romano die 7. Februarii, in Seraphico eod. die, vel 6. hujus. cum comm. S. Dorotheæ Virg. & Mart. Or. Indulgentiam nobis, ut in Missa, Me expectaverunt de eodem Comm.

Die VII. Februarii.

IN FESTO B. ANTONII de Stronconio Confess. l. Ord.

Missa Justus ut palma, de Communi Confess. non Pontif. excepta oratione sequenti. Oratio.

Familiam tuam, quæsumus Dòmine, beati Antonii Confessoris tui intercessione custodi: ut à cunctis adversitatibus, ipso intercedente, sit libera, & in bonis actibus tuo nomini sit devota. Per Dñm.

Die IX. Februarii.

IN FESTO S. APOLLONIÆ

Virg. & Mart. Missa, Loquebar, de Com. Virg. & Mart.

Die XI. Februarii.

IN FESTO B. JOANNÆ

Valesiæ Viduæ.

Missa, Cognovi, de Comm. nec Virg. nec Mart. excepta oratione seq. Oratio.

Deus, qui ad imitandum beatæ Virginis Filii tui Genitricis virtutes, novum per beatam Joannam sacrarum virginum coetum institui voluisti: ejus meritis precibusque concede; ut per eadem gradiamur virtutum exempla. Per eundem Dñm. In Quadr. fit commem. Ferie.

Die XII. Februarii.

IN FESTO S. PETRI

Nolasco Conf. Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pontif. Oratio ut in Missali Rom. die 31. Jan. in Seraphico ead. die, vel 3. hujus. In Quadr. fit comm. Ferie.

Die XIII. Februarii.

IN FESTO B. VIRIDIANÆ

Virg. 3. Ord. Missa, Dilexisti, Com. Virg. excepta orat. seq. Oratio.

Deus, qui in famula tua Viridiana cum virginitatis flore mirabiles poenitentiae fructus conjunxisti: tribue nobis, quæsumus; ut ejus meritis, & precibus, poenitentiae lacrymis abluti, mundi in conspectu tuo presentari mereamur. Per Dñm.

In Quadr. fit commem. Ferie.

Die XIV. Februarii.

IN FESTO S. ANDRÆ CORSINI

Episc. & Conf. Missa, Statuit, de Comm. Conf. Pont., præter orationem, quæ habetur in Missali Romano die 4. Februarii: in Seraphico ead. die, vel 18. hujus. Fit comm. S. Valentini Presbyt. & Mart. Orationes omnes extant in eodem Missali hac ipsa die 14. In Quadr. ante comm. S. Valentini fit commem. Ferie.

Die XV. Februarii.

IN FESTO S. ROMUALDI ABBATIS.

Missa, Os justi, de Comm. Abbatum. Fit commem. Translationis S. Antonii Patavini, & SS. Faustini, & Jovite Mart. Orationes omnes pro SS. Martyrib. ut in Missa, Salus autem justorum, de Comm. plurim. Mart. In Quadr. ante has fit comm. Ferie occurrentis.

Pro com. Translationis S. Antonii. Oratio. **D**A, quæsumus, omnipotens Deus, qui facis prodigia, & mirabilia solus:

ut

Festa Februarii.

ut sicut linguam beati Antonii Confessoris tui post mortem incorruptam servasti; ita nos ejus meritis & exemplo te semper benedicere, & laudare valeamus. Per Dñm.

Secreta.

Sacrificium, quod tibi offerimus, Dòmine, suscipe in odorem suavitatis, & præsta: ut, beato Antonio Confessore tuo intercedente, corpora nostra jùgiter exhibeamus hostiam sanctam, tibi que placentem. Per Dñm. Postcommunio.

Coeléstibus refecti Sacramentis supplices te, Dòmine, deprecamur: ut Ecclesiam tuam continua protectione custodias, quam beati Antonii prædicatione, & miraculis illustrare voluisti. Per Dñm.

Die XVI. Februarii.

IN FESTO B. BERNARDI

a Corleone Conf. Ord. Min. Capucc. Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pontif. excepta oratione sequenti. Oratio.

Deus, qui beatum Bernardum Confessorem tuum heróica charitate, & admirabili poenitentia clarere fecisti: ejus nobis intercessione concede, te super omnia toto cordis affectu diligere, & dignos poenitentiae fructus facere. Per Dñm.

In Quadr. fit commem. Ferie.

Die XVII. Februarii.

IN FESTO S. HILARII

Ep. & Conf. Missa, In medio Ecclesie de Coi. Doct. & in Quadr. fit comm. Ferie.

Die XVIII. Februarii.

IN FESTO S. MARCELLI

Papæ, & Mart. Missa ut in Missali die 16. Jan., vel 17. Febr., cum comm. S. Simeonis Episc. & Mart. Oratio, Infirmiorem, ut in Missa, Statuit, de Comm. unius Mart. In Quadr. ante comm. S. Simeonis fit comm. Ferie.

Die XIX. Februarii.

IN FESTO S. CONRADI

Conf. 3. Ord. Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pont. præter Orat. seq. & Evang. Oratio.

Beati Conradi poenitentia placatus, da nobis, Dòmine: ut ejus imitatione carnem jùgiter crucifigentes, nostrorum peccatorum maculas diluamus. Per Dñm.

In Quadr. fit commem. Ferie.

Miss. SS. Ord. Min.

Evang. Ecce nos reliquimus omnia, de Comm. Abbatum.

Die XX. Februarii.

IN FESTO S. RAYMUNDI

de Pennafort Confess. Missa, Os justi, de Comm. Con. non Pont. Oratio vero ut in Missali die 23. Januarii, vel 12. Februarii.

In Quadr. fit comm. Ferie.

Die XXI. Februarii.

IN FESTO B. ANGELE MERICIE

Virg. 3. Ord. Missa, Dilexisti de Comm. Virg. præter Orat. seq. In Quadr. fit commem. Ferie. Oratio.

Deus, qui novum per beatam Angelam sacrarum Virginum collégium in Ecclesia tua florere voluisti: da nobis ejus intercessione angelicis moribus vivere, ut, terrenis omnibus abdicatis, gaudiis perfrui mereamur æternis. Per Dñm.

Secreta.

Hostia, Dòmine, quam tibi, beatæ Angelæ memoriæ recolentes, offerimus, & nostræ pravitate veniam impleret, & gratiæ tuæ nobis dona conciliet. Per Dñm. Postcommunio.

Coeléstia alimonia refecti, supplices te, Dòmine, deprecamur: ut beatæ Angelæ precibus, & exemplo, ab omni labe mundati, & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dñm.

Die XXII. Februarii.

IN FESTO S. MARGARITÆ

de Cortona Poenitentis 3. Ord.

Introitus. Ps. 76. v. 10.



Unquid obliviscetur misereri Deus, aut continébit in ira sua misericordias suas? Et dixi: Nunc coepi: hæc mutatio dexterae Excelsi.

Psalm. ibid. Voce mea ad Dñm clamavi: voce mea ad Deum, & inténdit mihi. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui famulam tuam Margaritam de perditionis via ad salutis tramitem misericorditer deduxisti: eadem nobis miseratione concede; ut quam prius errantem sectari non erubúimus, mox poenitentem impigre sequi gloriemur. Per Dñm.

In Quadr. fit comm. Ferie.

Lectio Libri Sapiëntiæ. Cant. 3.

Surgam. & circuibó civitatem: per vias, & plateas quæram, quem diligit anima mea: quæsi vi illum, & non inveni.

B

Inve-

Invenérunt me vigilés, qui custódiunt civitatem: Num quem diligit ánima mea, vidístis? Paululúm cum pertransissem eos, invéni quem diligit ánima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Adjúro vos filiæ Jerúsalem per cápreas, cervósque campórum, ne suscitétis, neque evigiláre faciátis dilectam, donec ipsa velit. Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum; quia fórtis est ut mors dilectio: dura sicut inférnus æmulátio: lámpades ejus, lámpades ignis, atque flammárum. Aquæ multæ non potuérunt extingúere charitatem, nec flúmina óbruent illam: si déderit homo ómnem substántiam domus suæ pro dilectióne, quasi nihil despiciet eam.

Graduale. Eccli. 51. v. 16. & 17. Libérasti me de perditióne, & eripuísti me de tempore iniquo. **Ps.** Proptérea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nómini Dómini.

Tractus Cant. 2. v. 11. & 12. Jam hyems tránsiit, imber ábiit, & recéssit. **Ps.** Flores apparuérunt in terra nostra, tempus putatiónis advénit: vox túrturis audita est in terra nostra. **Ps. Jerem. 31. v. 3.** In charitáte perpétua diléxi te, ideo attráxi te, miserans tui.

Sequéntia Sancti Evangélii secundúm Lucam. Luc. 15.

In illo tempore: Murmurábant Pharisæi, & Scribæ dicétes: quia hic peccatóres récipit, & mandúcat cum illis. Et ait ad illos parábolam istam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdidérat unam ex illis nóne dimittit nonaginta novem in desérto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec invéniat eam? Et cum invénierit eam, impónit in húmeros suos gáudens, & véniens domum cónvocat amícos, & vicinos, dicens illis: congratulámini mihi, quia invéni ovem meam, quæ perierat. Dico vobis, quod ita gáudium erit in Coelo super uno peccatóre poeniténtiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent poeniténtia. Aut quæ múlter habens dráchmas decem, si perdidérat dráchmam unam, nonne accéndit lacérnam, & everit domum, & quærit diligénter, donec invéniat? Et cum invénierit, cónvocat amícas, & vicinas dicens: congratulámini

mihi, quia invéni dráchmam, quam perdidérat. Ita dico vobis, gáudium erit coram Angelis Dei super uno peccatóre poeniténtiam agente. **Credo.**

Offertorium. Ad Rom. 5. v. 20. Ubi abundávit delictum, superabundávit grátia: ut sicut regnávit peccátum in mortem, ita & grátia regnet per justítiam in vitam ætérnam. **Secreta.**

Placatiónis hóstia, quam tibi offerimus, Dómine, beatæ Margaritæ interveniénti suffrágio, optátæ nobis indulgéntiæ plenitúdinem elargiátur. Per Dominum.

Communio. Luc. 15. Gáudium erit coram Angelis Dei super uno peccatóre poeniténtiam agente. **Postcommunio.**

Uberes, Dómine, sanctæ tuæ Margaritæ lacrymæ duritiem nostri cordis emólliant: ut per hujus virtútem Sacraménti débitas reátibus flammam incessánti stétu extingúamus. Per Dominum.

Die XXIII. Februarii.

IN FESTO CATHEDRÆ ANTIOC.

S. Petri.

Missa ut in Cathedra Romana, quæ habetur in Missali die 18. Januarii, ommissa comm. S. Priscæ, cujus loco in Anno Communi ponitur commem. Vigilæ S. Matthiæ, cum ejusdem Evangelio in fine extra Quadrag., ut in Vigilia unius Apostoli. Hæc eadem servantur in Annis Bis sextilibus, in quibus Festum S. Matthiæ incidat in Feriam 2.: in aliis verò de Vigilia fit die sequi. In Quadrag. post illam S. Pauli immediatè fit semper comm. Feriæ.

Die XXV. vel XXVI. Februarii.

IN FESTO S. MARTINÆ
Virg. & Mart. **Missa, loquēbar, de Com. Virg. & M. In Quad. fit com. Fer.**

Die XXVI. vel XXVII. Februarii.

IN FESTO S. IGNATI
Episcopi, & Mart.

Missa propria habetur in Missali, die 1. vel 13. hujus. In Quadrag. fit comm. Fer.

Die XXVII. vel XXVIII. Februarii.

IN FESTO B. EUSTOCHII.

Virg. 2. Ord. **Missa, Vultum tuum, de Cõi Vir. excepta i. Or. & Ev. ut inf. Orat.**

Omnipotens, & misericors Deus, qui vitam beatæ Eustochii Virginis, cum Christo absconditam, mirabiliter clarificásti: ejus precibus, & imitatione concède

ut

ut in hoc sæculo pariter consepúlti, ad vitam resurgere mereamur ætérnam. Per eúdem Dñm. **In Quad. fit comm. Feriæ. Evang. Simile erit regnum cœlorum decem Virginibus, ut in Mis. Dilexisti.**

Die XXVIII. Februarii.

IN FESTO B. THOMÆ A CORA
Confessoris I. Ordinis.

Missa, Os justi. de Comm. Conf. non Pont., exceptis Orat., quæ dicuntur ut infra. In Quadrag. fit comm. Fer. Orat.

Deus, qui beatum Thomam tuo amore succensum interióri mortificatióne, & eximia in próximum dilectióne decorásti; ejus méritis, precibusque concède, ut nosmetipsos pro te abnegantes, & charitátis ópera júgiter exequentes, ætérna præmia consequi mereamur. Per Dñm.

Secreta.

Illo nos igne Deus miserátus adúre, qui Beati Thomæ cor, dum hæc sacra perágeret, mirabiliter inflammávit. Per Dñm.

Postcommunio.

Spiritum nobis, Domine, tuæ dilectiónis benignus infunde, ut quos mystériis cœlestibus recreásti, interveniénti Beato Thoma Confessore, tua faciás pietáte cóncordes: Per Dñm. in unitate ejusdem &c.

FESTA MARTII.

Die I. Martii.

IN FESTO B. MATHIÆ
de Nazaræis Virg.

Missa, Vultum tuum, de Comm. Virg. excepta prima Orat. & Ev. ut inf. Orat.

Domine Jesu Christe, qui beatam Mathiam Virginem tuam ad tibi castè, & piè serviéndum ubéribus donis attraxisti: ejus quæsumus, intercessióne concède, ut casto corde tibi adhærentes, ætérnam glóriæ coronam consequámur. Qui vivis, & regnas. **In Quad. fit comm. Feriæ. Evang. Simile erit regnum cœlorum decem Virginibus, ut in Missa Dilexisti.**

Die V. Martii.

IN FESTO B. ROGERII
Conf. I. Or. **Missa, Os justi, de Comm. Conf. non Pont. excepta Orat. seq. Orat.**

Deus, qui Seráphico famulo tuo Francisco beatum Rogérium & sócium, & imitatorem eximium adjunxisti; quæ nobis utriusque intervéntu, ambórum ita se-

qui vestigia, ut assequámur & præmia. Per Dñm. **In Quad. fit comm. Feriæ.**

Die VI. Martii.

IN FESTO B. COLETÆ
Virg. 2. Ord.

Missa, Vultum tuum, de Comm. Virg. excepta prima Orat. & Ev. ut inf. Orat.

Domine Jesu Christe, qui beatam Coletam Virginem tuam cœlestibus donis cumulásti: tribue quæsumus, ut ejus virtutes æmulantes in terris, ætérnis gaudiis cum ipsa perfruámur in cœlis. Qui vivis.

In Quadrag. fit com. Fer.

Ev. Simile erit regnum cœlorum dec. Vir.

Die XVIII. Martii.

IN FESTO S. JOANNIS DE DEO
Confessoris. **Missa, Os justi, ut in Missali hac ipsa die, vel 13. hujus.**

Die IX. Martii.

IN FESTO S. CATHARINÆ
Bononiensis Virg. 2. Ord.

Missa, Vultum tuum, de Comm. Vir. præter. Orationes sequentes, & Ev.

Oratio.

Concède nos famulos tuos, Deus, Beatæ Catharinæ Virginis suffrágiis adjuvâri: cujus odore unguentórum trahimur ad tua sancta lætantes. Per Dominum.

Deinde fit comm. Fer. in Quadrag.

Ev. Simile erit regnum cœlorum decem Virginibus. Et dicit. Credo. Secreta.

Illo nos igne in hoc sacrificio offeréndo, fac, quæsumus Dómine, vehementer incénderi; quo beata Catharina Virgo se ipsam tibi offerébat júgiter famulâri. Per Dominum. **Postcommunio.**

Majestatem tuam Dñe, suppliciter exorâmus, ut sicut beatæ Catharinæ Virginis Corpus incorruptum servásti; ita nos faciás per hæc sancta, quæ sumpsimus, ab ómni culpárum labe servâri. Per Dñm.

Die XI. Martii.

IN FESTO S. FRANCISCÆ
Rom. Vid. **Missa, Cognóvi, de Comm. nec Virg. nec Mart. Oratio vero, ut in Missali die 9. vel 11. hujus, & fit comm. Feriæ.**

Die XIV. Martii.

PRO COMMÉMORAT. TRANSL.
S. Bonaventuræ Ep. Conf. & Eccles.

Doct., post comm. Fer. Oratio.

B 2

Oratio.

DA quæsumus, omnipotens Deus, ut beati Bonaventuræ Doctōris, atque Pontificis Translationem recolentes, & ipsius eruditione proficiamus, & charitatis ardorem iugiter æmulémur. Per Dñm. **Secreta.**

Sancti tui Bonaventuræ nobis, Domine, pia non desit oratio, quæ & mûnera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dominum.

Postcommunio.

UT nobis, Domine, tua sacrificia dent salutem, beatus Bonaventura Pontifex, & Doctor egregius, quæsumus, precator accedat. Per Dominum.

Die XXV. Martii.

IN COMMEMORATIONE SANCTI

Quorum Corpora, vel Reliquiæ in Ecclesiis Trium Ordinum S.P.N.

Francisci asservantur.

Missa, Sapientiam Sanctorum, de Cni plurim. Mart. præ. Orat. seq. **Oratio.**

Auge in nobis, Domine, resurrectionis fidem, qui in Sanctorum tuorum Reliquiis mirabilia operaris: & fac nos immortalis gloriæ participes, cujus in eorum cineribus pignora veneramur. Per Dñm.

Deinde fit comm. Feriæ. Et dic. Credo.

Secreta.

Imploramus, quæsumus Domine, clementiam tuam, ut Sanctorum tuorum, quorum Reliquias colimus, suffragantibus meritis, hostia, quam offerimus, sit expiatio delictorum. Per Dominum.

Postcommunio.

Multiplica super nos, quæsumus Domine, misericordiam tuam: ut sicut in tuorum solemnitate Sanctorum, quorum Reliquias colimus, pia devotione lætæmur; ita eorum perpetua societate, te largiente, fruamur. Per Dominum.

Die XVIII. Martii.

IN FESTO B. SALVATORIS

ab Horta Confess. I. Ord.

Missa, Iustus ut palma, de Comm. Conf. non Pont. excepta orat. seq. **Oratio.**

Concede, quæsumus, omnipotens Deus, ut beati Salvatoris Confessoris tui memoriam recolentes: ipsius intercessione a cunctis malis liberemur in terris: & ad gaudia sempiterna pervenire mereamur in coelis. Per Dominum.

Deinde fit comm. Feriæ.

Die XX. Martii.

IN FESTO B. JOANNIS.

à Parma Conf. I. Ord. Missa, Os, iusti, de Cni Abb. præ. Orat. seq. **Oratio.**

Deus, qui ad tui nominis gloriam promovendam, beato Joanni Confessori invictam spiritus fortitudinem contulisti: concede nobis, ut dextera potentiae tuæ adjuti, ad coelestis gloriæ triumphum pervenire mereamur. Per Dominum.

Deinde fit comm. Feriæ.

Secreta.

Praesta nobis, quæsumus, omnipotens Deus; ut nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, & nos corpore pariter, & mente sanctificet. Per Dñm. **Postcommunio.**

Quæsumus, omnipotens Deus; ut qui coelestia alimenta percipimus, intercedente beato Joanne Confessore tuo, per hæc contra omnia adversa miniamur. Per Dominum.

Die XXII. Martii.

IN FESTO S. BENVENUTI

Episcopi, & Conf. I. Ord.

Missa, Sacerdotes tui, de Comm. Conf. Pontif. excepta Oratione sequenti. **Oratio.**

Deus, qui beatum Benvenutum Confessorem tuum, atque Pontificem pastorali sollicitudine iugiter vigilare tribuisti: concede quæsumus; ut ejus interventione, quæ nobis agenda præcipis, exequentes, ad gloriæ tuæ fastigium feliciter perducamur. Per Dominum.

Deinde fit comm. Feriæ.

Die XXIV. Martii.

IN FESTO S. GABRIELIS

Archangeli. Introitus. Psalm. 67.

Rævenérunt principes conjuncti psallentibus in medio juvenularum tympanistriarum.

Psalm. Ibid. Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus: & fugiant, qui oderunt eum. a facie ejus.

Gloria Patri. **Oratio.**

Deus, qui inter ceteros Angelos ad annuntiandum Incarnationis Filii tui mysterium Gabrielem Archangelum elegisti: concede propitius; ut qui festum ejus celebramus in terris, ipsius patrocinium sentiamus in coelis. Per eundem Dñm.

Deinde fit comm. Feriæ.

L e.

Lectio Libri Apocalypsis beati Joannis Apóstoli. **Apoc. 11.**

ET septimus Angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in coelo dicentes: Factum est regnum hujus mundi, Domini nostri, & Christi ejus, & regnabit in sæcula sæculorum: Amen. Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adoraverunt Deum, dicentes: Grátias ágimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et apertum est templum Dei in coelo: & visa est arca testamenti ejus in templo ejus. Et signum magnum apparuit in cælo. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim: & in utero habens, clamabat parturiens, & cruciabatúr, ut pariat. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea.

Graduale. Psalm. 13. A tollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

V. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens; Dñs potens in praelio.

Tractus. Daniel. 10. Ecce vir unus Gabriel vestitus lineis, & renes ejus accincti auro obrizo. **V.** Et corpus ejus quasi chrysolithus, & facies ejus velut species fulguris. **V.** Et oculi ejus ut lampas ardens; & brachia ejus, & quæ deorsum sunt usque ad pedes, quasi species aeris candentis.

V. Et vox sermonum ejus quasi vox multitudinis. **Tempore Paschali.** Allelúja, allelúja.

Luc. 1. Missus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam Joseph. Allelúja.

Daniel. 9. Ecce vir unus Gabriel, quem videram a principio, citò volans tetigit me, & docuit me. Allelúja.

Sequentiæ sancti Evangelii secundum Lucam. **Luc. 1.**

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David; & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave grátia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria; invenisti enim grátiam apud Deum. ecce concipies in utero: &

paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua; & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. **Credo.**

Offertorium. Psal. 102. Benedicite Dominum omnes Angeli ejus potentes virtute, facientes verbum illius: ad audiendam vocem sermonum ejus. **Secreta.**

Exaudi, Domine, preces nostras, quas per Archangelum tuum Gabrielem mittimus presentandas, quibus suppliciter exoramus; ut & hanc hostiam salutarem, & per eam nos tibi sacratos in odore suavitatis suscipias. Per Dominum.

Communio. Daniel. 10: Ecce Michael unus de principibus primis venit in adiutorium meum. **Postcommunio.**

Roborent nos, quæsumus Domine, sacra, quæ sumpsimus: & favente Archangelo tuo Gabriele, in opere efficaces, & in tuo amore fervidi inveniamur, Per Dominum.

Die XXX. Martii.

IN FESTO B. ANGELÆ

Fulginais Vid. 3. Ord.

Missa, Cognovi, de Comm. nec Virg. nec Mart. excepta oratione seq. **Oratio.**

Deus dulcedo cordium, & lumen beatorum, qui beatam Angelam famulam tuam mira rerum coelestium contemplatione recreasti: concede: ut, ipsius meritis, & intercessione, ita te cognoscamus in terris, ut in revelatione gloriæ tuæ gaudere mereamur in coelis. Per Dñm. Deinde fit comm. Feriæ.

FESTA APRILIS.

Die III. Aprilis.

IN FESTO B. BENEDICTI

a S. Philadelpho Conf. I. Ord.

Mis

Missa, Justus ut palma, de Cni Conf. non Pont. excepta oratione seq. Oratio.

Deus, qui beatum Benedictum Confessorem tuum: coelestibus donis locupletasti, cumque in Ecclesia tua signis, & virtutibus clarere fecisti: presta, quaesumus, ut ejus meritis, & precibus tua beneficia capiamus. Per Dominum.

In Quadrag. fit com. Feria.

Die IV. Aprilis.

IN FESTO S. ISIDORI

Ep. & C. Missa, In medio, ut in Com. Doct. cum Credo. In Quad. fit com. Fer.

Die XI. Aprilis.

IN FESTO S. LEONIS I.

Papae Conf. & Ecclesiae Doctoris.

Introitus. Eccli. 15.



In medio Ecclesiae aperuit os eius: & implevit eum Dominus Spiritu sapientiae, & intellectus: stolam gloriae induit eum.

Psalm. 91. Bonum est confiteri

Domino, & psallere nomini tuo, Altissime: **Ps. Gloria Patri, &c. Oratio.**

Exaudi, quaesumus Dne, preces nostras, quas in beati Leonis Confessoris tui, atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolvet peccatis. Per Dnm. **In Quad. fit com. Fer.**

Lectio libri Sapientiae. Eccli. 29

Justus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, & pro delicti suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiae repleret illum, & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiae suae, & in oratione confitebitur Domino: & ipse diriget consilium ejus, & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet disciplinam doctrinae suae, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, & usque in saeculum non delebitur. Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requiratur a generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt Gentes, & laudem ejus enuntiabit Ecclesia. **Grad. Ps. 36. Os justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. Ps. Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus. Alleluja, alleluja. Ps. Eccli. 45. Amavit**

eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, alleluja.

¶ Post Septuag. omissis. Alleluja, & versu seq. dicitur Tract. Psal. 111. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. Ps. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. Ps. Gloria, & divitiae in domo ejus: & justitia ejus manet in saeculum saeculi.

¶ Temp. Pasch. omitt. Grad. & eius loco dicitur: Allel. allel. Ps. Eccli. 45. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriae induit eum. Alleluja.

Ps. Osee 14. Justus germinabit sicut lilius: & florebit in aeternum ante Dominum, allel.

Reliqua ut in Missali hac ipsa die. Et dicitur Credo.

Die XII. Aprilis.

IN FESTO B. ANGELI

à Clavasio Conf. I. Ord.

Missa, Os justi, de Comm. Conf. non Pont. excepta Orat. seq. Oratio.

Deus, qui ad expugnandos Ecclesiae tuae hostes beatum Angelum Confessorem tuum invicta animi fortitudine roborasti: ejus nobis meritis, & intercessione concede, ut, omnium hostium superatis insidiis perpetua pace laetemur. Per Dnm.

In Quadrag. fit com. Feria

Die XVI. Aprilis.

IN FESTO S. RAPHAELIS

Archangeli. Introitus.



Benedicite Dominum omnes Angeli ejus, potentes virtute, qui facitis verbum ejus, ad audiendam vocem sermonum ejus, alleluja, alleluja.

Psalm. ibid. Benedic anima mea Domino: & omnia, quae intra me sunt, nomini sancto ejus. Ps. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui beatum Raphaelem Archangelum Tobiae famulo tuo comitem dedisti in via: concede nobis famulis tuis, ut ejusdem semper protegamur custodia, & muniatur auxilio. Per Dominum.

Lectio Libri Tobiae. Cap. 12.

In diebus illis: Dixit Angelus Raphael ad Tobiam: Etenim sacramentum Regis abscondere bonum est: opera autem Dei revelare honorificum est: Bona est oratio cum jejuniis, & elemosyna magis quam thesauros auri recondere: quoniam elemosyna a morte liberat, & ipsa est, quae

quae purgat peccata; & facit invenire misericordiam, & vitam aeternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animae suae. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam a vobis occultum sermonem. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliabas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliabas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te. Et nunc misit me Dominus ut curarem te, & Saram uxorem filii tui a daemonio liberarem. Ego enim sum Raphael Angelus, unus ex septem, qui astamus ante Dominum.

Tempore Paschali. Alleluja, alleluja.

Psalm. 102. Benedic anima mea Dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum ejus. Alleluja.

Ps. Tob. 5. Missus est Angelus Domini sanctus Raphael a Deo ad Tobiam, & salutavit eum, & dixit: Gaudium sit tibi semper. Alleluja. Extra tempus Pasch.

Graduale. Tob. 8. Angelus Domini Raphael apprehendit, & ligavit daemone. Ps. Psalm. 145. Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus. Alleluja, alleluja.

Ps. Psalm. 137. In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, Dne. All.

Post Septuag. omissis Alleluja, & Ps. sequenti, dicitur Tractus. Psal. 148. Laudate Dominum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Psalm. 102. Benedicite Domino omnes Virtutes ejus: ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Joan 5:

In illo tempore: Erat dies festus Judaeorum, & ascendit Jesus Jerosolymam. Est autem Jerosolymis Probatica piscina, quae cognominatur hebraice Bethesda, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, coecorum, claudorum, aridorum expectantium aquae motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & movebatur aqua; & qui prior descendisset in piscinam post motionem aquae, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate. **Credo.**

Offertorium. Apoc. 8. Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa

multa: & ascendit fumus aromatum in conspectu Dei, alleluja. **Secreta.**

Hostias tibi, Domine, laudis offerimus, suppliciter deprecantes, ut easdem Angelico pro nobis interveniente suffragio, & placatus accipias, & ad salutem nostram provenire concedas. Per Dominum.

Communio. Dan. 3. Benedicite omnes Angeli Domini Dominum: hymnum dicite, & superexaltate eum in saecula, allel.

Postcommunio.

Dirigere dignare, Domine Deus, in adjutorium nostrum sanctum Raphaelem Archangelum: & quem tuae Majestati semper assistere credimus, tibi nostras exiguas preces benedicendas assignet. Per Dominum.

Die XXI. Aprilis.

IN FESTO S. ANSELMI

Ep. & Conf. Missa, In medio Ecclesiae ut in Comm. Doct. Et dicitur Credo.

Die XXIII. Aprilis.

IN FESTO B. AEGIDIJ

Confes. I. Ord.

Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pont. excepta Orat. seq. Oratio.

Deus, qui beatum Aegidium Confessorem tuum ad excelsae contemplationis verticem sublimare dignatus est: ipsius intercessione concede, ut actionibus nostris in te semper intenti, pacem, quae exuperat omnem sensum, consequamur. Per Dominum.

Die XXIV. Aprilis.

IN FESTO S. FIDELIS

à Sigmaringa Mart. Ord. Min. Capucc.

Missa, P. rotexisti, de Comm. un Mart. tempore Paschali 1. loco. excepta Oratione sequenti. Oratio.

Deus: qui beatum Fidelem, seraphico spiritus ardore succensum, in vera fidei propagatione Martyrii palma, & gloriosis miraculis decorare dignatus es: ejus, quaesumus, meritis, & intercessione, ita nos per gratiam tuam in fide, & charitate confirma, ut in servitio tuo fideles usque ad mortem inveniri mereamur. Per Dominum.

Extra tempus Paschale dicitur Missa, In virtute tua, de Comm. un. Mart. Evangelium vero, Si quis venit ad me, de eod. Comm.

Comm. in Missa, Statuit.

Die XXVII. Aprilis

IN FESTO B. JACOBI de Birecto Conf. I. Ord.

Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pontif. excepta Orat. seq. Oratio

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut, qui beati Jacobi Confessoris tui mérita præclara recólimus, ejus virtutes æmulémur in terris, & glóriæ coronam cum ipso consequámur in coelis. Per Dñm.

Die XXVIII. Aprilis.

IN FESTO B. LUCII. sive Luchesi Conf. 3. Ord.

Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pont. præter Orationes seq. Oratio

Dives in misericórdia Deus, qui beatum Luchesium ad poenitentiam evocatum, pietatis, & misericórdiæ méritis clarere voluisti: da nobis ejus intercessione, & exémplo dignos facere poenitentiæ fructus, & indulgentiam tuam pietatis, & charitatis opéribus promereri. Per Dñm.

Deinde fit comm. S. Vitalis Mart. Orationes ut in Missali hac ipsa die.

Secreta.

Per hujus Sacrificii méritum immola tibi Deus, corda nostra eodem igne charitatis, quo beatus Luchésius incensus, se tibi totum consecrávit. Per Dóminum.

Postcommunio.

Tu, Dómine, cujus gustávimus in hoc Sacraménto delicias, sis portio nostra in terra vivéntium: ut cum beato Luchésio Confessore tuo æternæ misericórdiæ præmium assequámur. Per Dóminum.

Dominica Tertia post Pascha.

IN FESTO PATROCINIIS. JOSEPH Sponsi B. M. V. Introitus. Psal. 32.



Adjutor, & Protector noster est Dóminus: in eo lætábitur cor nostrum: & in nomine sancto ejus sperávimus, allelúja, allel. Psal. 79. Qui regis Israel, inténde; qui dedúcis, velut ovem, Joseph. Gloria Patri. Oratio.

Deus qui ineffabili providéntia beatum Joseph Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignátus es: præsta, quæsumus, ut, quem Protectórem venerámur in terris, intercessórem habere mereámur in coelis. Qui vivis, &c.

Fit com. Dominicæ, ac de ea in fine legitur Ev. Si occurrat aliquod Festum Simp., de eo fit comm. in Missis privatis tantum.

Lectio libri Genesis. Gen. 49.

Filius accrésens Joseph, filius accrésens, & decórus aspectu: filia discurrerunt super murum. Sed exasperaverunt eum, & iurgati sunt, invideruntque illi habentes jácula. Sedit in forti arcus ejus, & dissoluta sunt vincula brachiórum, & mánuum illius per manus poténtis Jacob: inde Pastor egressus est, lapis Israel. Deus patris tui erit Adjutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus Cœli desuper, benedictionibus abyssi jacéntis deorsum, benedictionibus úberum, & vulvæ. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus, donec veniret desiderium Cœlium æternórum. Fiant in cápite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos. Allelúja, allel. De quacúmque tribulatione clamaverint ad me, exáudiam eos: & ero Protector eórum semper. Allelúja. Fac nos innocuam, Joseph, decurrere vitam, sitque tuo semper tuta Patrocínio. Allelúja.

Sequéntia sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. 3.

In illo tempore: Factum est autem, cum baptizaretur omnis pópulus, & Jesu baptizato, & orante, apertum est cœlum, & descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut Columba in ipsum, & vox de cœlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complácuti mihi. Et ipse Jesus erat incipiens quasi annórum triginta, ut putabatur Filius Joseph.

Dicitur Credo ratione Dominicæ.

Offertorium. Psal. 147. Læuda, Jérusalem, Dóminum; quóniam confortávit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te, allelúja, allel. Secreta.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi Patrocínio suffulti, rogámus Dómine clementiam tuam; ut corda nostra facias terréna cuncta despícere, ac te verum Deum perfectá charitate diligere. Qui vivis, &c. Et fit commem. Dominicæ.

Communio. Matth. 1. Jacob autem genuit Ioseph virum Mariæ: de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus, allelúja, allel. Postcommunio.

Divini muneris fonte refecti, quæsumus, Dñe Deus noster; ut, sicut nos

nos facis beati Ioseph protectione gaudere, ita ejus méritis, & intercessione cœlestis glóriæ, facias esse participes. Per Dñm.

Dominica Quinta post Pascha.

IN FESTO DEDICATIONIS Basilicæ Assisienti. S. P. N. Francisci.

Missa, Terribilis, de Comm. Dedicat. Ecclesiæ, cum comm. Dominicæ, de qua in fine legitur Evangelium.

FESTA MAJI.

Die XI. Maji.

IN FESTO S. GEORGII MART.

Missa, Protexisti, ut in Missali die 23. Aprilis. Extra temp. Pasch. Missa erit, In virtute, de Com. un. Mart. cum Oration. ex Missa, Protexisti, ut sup. Ev. Si quis venit.

Die XIII. Maji.

IN FESTOS. PETRI

Regalati Confess. I. Ord.

Introitus. ad Rom. 5. v. 5.



Gratias Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, Allelúja, allelúja. Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dóminus. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui dilectum famulum tuum Petrum, carne mortificatum, ad delicias glóriæ tuæ assumere dignátus es: concede propitius; ut ad delectationes, quæ in dextera tua sunt, usque in finem, méritis ejus, & intercessione, pervenire valeamus. Per Dóminum.

Lectio Epistolæ beati Joannis Apostoli. 1. cap. 4.

Charissimi, diligamus nos invicem, quia charitas ex Deo est. Et omnis, qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum, quóniam Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quóniam Filium suum Unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quóniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem Deus in nobis manet, & charitas ejus in nos. Miss. SS. Ord. Min.

bis perfecta est. In hoc cognoscimus, quóniam in eo manemus, & ipse in nobis: quóniam de Spiritu suo dedit nobis.

Tempore Paschali. Allelúja, allelúja.

Eccli. 1. v. 20. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & plenitudo a fructibus illius. Allelúja. Prov. 22. v. 9. Qui pronus est ad misericórdiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Allelúja.

Extra Tempus Pasch. Graduale. Eccli. 1. v. 19. Timenti Dóminum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & plenitudo a fructibus illius. Allelúja, allelúja. Qui pronus est ad misericórdiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Allelúja.

Evang. Sint lumbi vestri. de Comm. Conf. non Pontif. 1. loco. cum C redo.

Offertorium 3. Reg. 22. v. 43. Ambulavit in omni via Patris sui, & non declinavit ex ea, fecitque, quod rectum erat in conspectu Dómini, Allelúja. Secreta.

Blatis munéribus, Dómine, quæsumus placatus inténde: ut illo nos igne Spiritus Sanctus inflámmet, quo beati Petri Confessoris tui cor indesinenter accendit. Per Dñm &c. in unitate ejusdem &c. Communio. Matth. 25. Amen dico vobis: quám diu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis, allelúja.

Postcommunio.

Spiritum nobis Dómine, tuæ charitatis infunde: ut quos cælesti pane satiasti, beati Petri Confessoris tui méritis, & intercessione, tua facias pietate concordes. Per Dñm &c. in unitate ejusdem &c.

Die XIV. Maji.

IN FESTO B. FRANCISCI à Fabriano Conf. I. Ord.

Missa, Os justi, de Comm. Conf. non Pont. excepta Oratione seq. Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut sicut beatus Franciscus verbi tui præco ita fecit, & docuit, ut magnus esse meruerit in regno cœlorum, nos quoque, ejus præcibus, & imitatione, tibi júgiter verbis, & opéribus placere studeamus. Per Dóminum. Deinde fit comm. S. Bonifacii Mart. Orat. ut in Miss. hac ipsa die.

Die XVI. Maji.

Ubi hodie fit de S. Ubaldo, Missa dicitur, ut in Missali hac die. Ubi verò fit de S. Jo.

S. Joanne Nepomuceno; Missa tempore Paschali erit Protexisti; extra tempus Paschale, Latabitur justus, de Communijs Mart. Evangelium vero semper erit Nihil est opertum, ut in eadem Missa, Latabitur; & Orationes semper erunt propriae; ut in fine Missalis pro aliquibus locis hac ipsa die.

Die XVII. Maji.

IN FESTO S. PASCHALIS Baylon Conf. I. Ord.



Nomni opere dedit confessionem sancto, & excelso in verbo gloriae. De omni corde suo laudavit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum, Alleluja, alleluja Psal. 102. Benedic anima mea Domino: & omnia, quae intra me sunt, nomini sancto ejus. Gloria Patri. Oratio. Deus, qui beatum Paschalem Confessorem tuum mirifica erga Corporis, & Sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorasti; concede propitius; ut quam ille ex hoc divino convivio spiritus percipit pinguedinem, eandem & nos percipere mereamur. Qui vivis, & regnas.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. Cor. 1.

Ratres, Videte vocationem vestram; quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quae non sunt, ut ea, quae sunt, destrueret: ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu; qui factus est nobis Sapientia a Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio; ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Tempore Paschali, Alleluja, alleluja. Osee 14. Justus germinabit sicut lilius & florebit in aeternum ante Dominum. Alleluja. Eccli. 45. Amavit eum Dominus, & ornavit eum; stolam gloriae induit eum, & ad portas paradisi coronavit eum. Alleluja. Extra tempus Pasc. Graduale. Psal. 20. Domine praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Vita pe-

nit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum saeculi. Alleluja, alleluja.

Jacobi 1. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Alleluja.

Post Septuages. omissis Alleluja, & sequi dicitur Tractus. Psalm. 111. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. Gloria, & divitiae in domo ejus: & justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Evangelium, Confiteor tibi, Pater, ut infra in Translatione S. P. N. Francisci die xxv. hujus, cum C redo.

Offertorium Psalm. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso; & in nomine meo exaltabitur cornu ejus, alleluja.

Secreta.

Accpta sit tibi, Domine, haec hostia placationis, & laudis: & praesta; ut qui tuum, jugiter imploramus auxilium, beati Paschalis intercessione, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum.

Comm. Matth. 11. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris, alleluja. Postcommunio.

Corporis tui sacri, & pretiosi Sanguinis replenti libamine, quaesumus, Domine Deus noster: ut intercedente beato Paschale Confessore tuo, coelestis beatitudinis tribuas esse consortes. Qui vivis, & regnas.

Die XVIII. Maji.

IN FESTO S. FELICIS à Cantalicio Confessoris.



Dominus pauperem facit, & dicit, humiliat, & sublevat. Suscitavit de pulvere egenum, & de stercore elevavit pauperem; ut sedeat cum Principibus, & solium gloriae teneat.

Tempore Pasch. additur Alleluja, alleluja. Psalm. 68. Videant pauperes, & latentur: quaerite Deum, & vivet anima vestra quoniam exaudivit pauperes Dominus.

Gloria Patri. Oratio. Ac nos, Domine Jesu, in simplicitate, & innocentia cordis nostri ambulare: quarum amore de sinu Matris inter beati

Tempore Paschali additur Alleluja.

Postcommunio.

Exuberet quaesumus Domine, in cordibus nostris percipi gratia Sacramenti, quae nos beati Felicis Confessoris tui imitatione purificet, atque intercessione communiat. Per Dominum.

Die XIX. Maji.

IN FESTO S. IVONIS CONFESS.

3. Ordinis.

Missa, Justus ut palma, de Cni Conf. non Pontif. praeter Orationem sequentem, & Evangelium. Oratio.

Deus, qui beatum Ivonem Confessorem tuum pijs operibus, signis, & virtutibus in Ecclesia tua clarere fecisti: praesta quaesumus; ut ejus meritis, & precibus tua beneficia capiamus. Per Dominum.

Deinde fit comm. S. Pudencianae Virg. Oratio, Exaudi nos, cum reliquis de Cni Virg. in Missa, Dilexisti, Evangelium, Sint lumbi vestri, ut in Missa, Os justi, de eodem Comm. Confess. non Pontif.

Die XX. Maji.

IN FESTO S. BERNARDINI

Senensis Conf. I. Ord.

Introitus. Ps. 144. v. 21.



Audationem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini sancto ejus.

Psalm. ibid. Exaltabo te, Deus meus Rex: & benedicam nomini tuo in saeculum, & in saeculum saeculi. Gloria Patri. Oratio.

Domine Jesu, qui beato Bernardino Confessori tuo, eximium sancti nominis tui amorem tribuisti: ejus, quaesumus, meritis, & intercessione, Spiritum nobis tuae dilectionis benignus infunde. Qui vivis, & regnas &c. in unitate ejusdem &c.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 2. Cor. 8.

Ratres, non nosmetipsos praedicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum, quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiae claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.

beati Felicis Confessoris tui brachia descendisti. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Colossenses. Col. 3.

Ratres, Induite vos, sicut electi Dei Sancti, & dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes invicem; & donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. Super omnia autem haec, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: & pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore, & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes, & commonentes vosmetipsos Psalmis, Hymnis, & canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi gratias agentes Deo, & Patri per ipsum.

Tempore Paschali, Alleluja, alleluja.

Psal. 26. Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in Domo Domini omnibus diebus vitae meae: ut videam voluptatem Domini. Alleluja.

Psal. 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Alleluja.

Si vero hoc festum transferatur post Pentecosten dicitur Graduale. Psal. 17. Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus. Alleluja, alleluja.

Psal. 30. Benedictus Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita. Alleluja.

Evangelium, Confiteor tibi, Pater, ut in Translatione S.P.N. Francisci xxv. Hujus.

Offertorium. Sap. 10. Honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius.

Tem. Pasch. additur Alleluja. Secreta.

Adesto votis nostris, clementissime Deus, ut haec oblatio salutaris, quae in honorem beati Felicis persolvitur, ad delictorum nostrorum veniam impetrandam in odore suavitatis ascendat. Per Dominum.

Communio. Cant. cap. 2. & 3. Dilectus meus mihi, & ego illi. Tenui eum, nec dimittam.

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiāmur, aporiamur, sed non destituimur, persecutiōnem patimur, sed non derelinquimur, deicimur, sed non perimus, semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum, ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali.

Graduale 1. ad Timoth. 1. Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio. *Psalm. 5. v. 13.* Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide, & dilectione, quæ est in Christo Jesu. Allel., allel. *Psalm. 5. v. 13.* Gloriantur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo. Alleluja.

Tempore Pasch. omisso Graduali, dicitur. Allel. allel. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide, & dilectione, quæ est in Christo Jesu. Allel. Gloriantur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo. Allel.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 19.

In illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Credo.

Offertorium. Prov. 18. v. 10. Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum currit justus, & exaltabitur. *Secreta.*

Mentes nostras, Domine Jesu Christe, hæc oblatio nomini tuo dicanda purificet; & intercedente beato Bernardino, ejusdem sancti nominis tui timorem pariter, & amorem faciat nos habere perpetuum. Qui vivis, & regnas.

Communio 2. ad Corinth. 2. v. 15. Semper triumphat nos in Christo Jesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus

Deo.

Postcommunio.

Sumptum, Domine Jesu Christe, in festivitate beati Bernardini Confessoris tui pignus futuræ gloriæ vivificet nos semper, & muniat: ut ejus meritis, & precibus in confessione tui nominis adunati in terris, sub eodem glorioso nomine triumphare cum ipso mereamur in caelis. Qui vivis, & regnas.

Die XXI. Maji.

IN FESTO S. VENANTII MART.

Missa tempore Paschali, Protexisti; Extra tempus Pasch. In virtute tua, de Comm. un. Mart. cum Ev. Si quis venit ad me, ut in Missa, Statuit, de eod. Comm. Orationes omnes semper erunt ut in Missali sub die 18., vel 28. hujus.

Die XXII. Maji.

IN FESTO B. HUMILIANÆ

Vid. 3. Ord

Missa; Cognovi, de Comm. nec Virg. nec Mart. excepta Oratione seq. Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, dulcedo cordium, & præmium Beatorum qui beatam Humilianam, tuo amore succensam, suavissima contemplationis dulcedine replevisti: concede propitius; ut ejus meritis, & imitatione tibi jugiter adherentes, tuæ celsitudinis speciem contemplari perpetuo mereamur. Per Dominum.

Die XXIII. Maji.

IN FESTO S. PETRI

Coelestini Papæ, & Conf. Missa, Statuit, ut in Missali die 19. vel 22. hujus.

Die XXIV. Maji.

IN FESTO B. JOANNIS

De Prado Mart. I. Ord.

Missa tempore Paschali, Protexisti; Extra tempus Pasch. Latabitur justus, cum Evang. tamen, Si quis vult post me venire, ut in Missa, Sacerdotes Dei, de eodem Comm. sed prima Orat. semper erit sequens. Oratio.

Deus, qui contra Mahumeticam pravitatem beatum Joannem verbi tui præconem eximium effecisti: concede; ut sicut ipse pro tuæ fidei dilatatione martyrii palmam meruit obtinere, sic nos, ejus intercessione, fidei nostræ præmia consequi mereamur. Per Dominum.

Die

Die XXV. Maji.

IN FESTO TRANSLATIONIS

S. P. N. FRANCISCI.

Introitus *Psalm. 72. v. 24.*

Enuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. *Psalm. ibid.* Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. *Psalm.* Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui beati Patris nostri Francisci Corpus passionis Filii tui signaculis decorasti, & Animam in caelis mirabiliter sublimasti: concede propitius; ut qui ejusdem Translationem celebramus, carnem nostram cum vitis crucifigere, & ad caelestem patriam pervenire valeamus. Per eundem Dominum.

Pro S. Urbano Papa, & Mart.

Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens Deus; ut qui beati Urbani martyris tui, atque Pontificis solennia colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dñm.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas. *Galat. 6.*

Fratres, Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim Stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres, Amen.

Graduale. Psalm. 72. v. 25. Quid mihi est in caelo? Et a te quid volui super terram? *Psalm.* Defecit caro mea, & cor meum. Deus cordis mei; & pars mea Deus in æternum. Allel., allel. *Psalm.* Franciscus hic pauper, & humilis, Coelum dives ingreditur, hymnis caelestibus honoratur. Allel.

Tempore Paschali, omisso Graduali, dicitur. Alleluja, allel. *Psalm.* Defecit caro mea, & cor meum. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Alleluja.

Psalm. Franciscus hic pauper, & humilis, Coelum dives ingreditur, hymnis caelestibus honoratur. Alleluja.



Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 11.

In illo tempore respondens Jesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Domine Coeli, & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Pater revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inveniatis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.

Offertorium. Psalm. 29. v. 12. Convertisti planetum meum in gaudium mihi; conscidisti saccum meum, & circumdedisti me latitia. *Secreta.*

Munera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedente beato Patre nostro Francisco, cujus Translationem colimus, ab omni nos culpæ labe purifica, & igne charitatis accende. Per Dominum.

Pro S. Urbano Papa, & Mart. *Secreta.*

Hæc hostia, Domine, quæsumus, emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora, mentesque sanctificet. Per Dñm.

Prefatio. Qui venerandum, ut in ejus Natali 4. Octobris.

Communio. Job. 22. v. 28. In vis tuis splendebat lumen. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria. *Postcommunio.*

Eccliam tuam, quæsumus, Domine, gratia caelestis amplificet, quam beati Patris nostri Francisci, cujus hodie Translationem colimus, illuminare voluisti gloriosis meritis, & exemplis. Per Dñm.

Pro S. Urbano Papa, & Mart.

Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri: quæsumus, Domine Deus noster, ut, cujus exequimur cultum, intercedente beato Urbano Martyre tuo, atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dñm.

Die XXVIII. Maji.

IN FESTO S. GREGORII VII.

Papæ, & Conf. Missa, Statuit, ut in Missali die 25. hujus, vel 1. Junii.

Die

Die XXIX. Maji.

Ubi die 16. hujus fit de S. Jo. Nepomuc. hodie fit de S. Ubaldo Ep. & Conf. Missa, Statuit, Oratio ut in Missali die 16. Maji.

Feria vi. post Octav. Corporis Christi.

Ubi fit Officium SS. Cordis Jesu, Missa propria habetur infra in fine.

FESTA JUNII.

Die III. Junii.

IN FFSTO B. ANDREÆ de Hyspello Conf. I. Ord.

Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pont. excepta Oratione sequenti.

Oratio.

Clementissime Deus, qui beati Andreæ Confessoris tui meritis, & intercessione æris serenitatem, & pluviam poscentibus tribuisti congruentem: mentes nostras imbre tuæ gratiæ perfunde; ut, sordibus peccatorum abstersis, perpétua vultus tui hilaritate perfrui mereamur. Per Dóminum.

Die XIII. Junii.

IN FFSTO S. ANTONII DE PADUA

CONFESSORIS I. ORDINIS.

Introitus.

Eccli. 15.



N medio Ecclesiæ aperuit os ejus: & implévit eum Dóminus spiritu sapiéntiæ, & intelléctus: stolam glóriæ induit eum.

Psal. 91. Bonum est confiteri Dómino: & psallere nomini tuo, Altissime. V. Glória Patri.

Oratio.

Ecclesiám tuam, Deus, beati Antonii Confessoris tui solémnitas votiva lætificet: ut spiritalibus semper muniatur auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Dóminum.

Lectio Libri Sapiéntiæ.

Sap. 7.

Optavi, & datus est mihi sensus: & invocavi, & venit in me spiritus sapiéntiæ: & præposui illam regnis, & sedi-

Die V. Junii.

IN FFSTO B. PACIFICI a Ceredano Conf. I. Ord. Missa, Os justi de Comm. Conf. non Pontif. excepta Or. sequenti.

Oratio.

Deus, qui beatum Pacificum Confessorem tuum verbo, atque exemplo clarere fecisti: præsta quæsumus; ut ejusdem vestigia sectantes, ad coelèstem patriam perducamur. Per Dóminum.

Die XII. Junii.

IN FFSTO B. GUIDI Conf. I. Ord. Missa, Os justi, de Comm. Conf. non Pontif. præter Orationem seq. & Evangelium.

Oratio.

Deus qui beatum Guidum Confessorem tuum religiosæ perfectionis exemplar, & Evangelicæ prædicationis ministrum præbuit: ejus, quæsumus, intercessione concede; ut per bona opera proximis lucis exempla monstrémus. Per Dñm.

Deinde fit comm. SS. M. Basilidis, & Sociorum, ut in Missali hac ipsa die. Evangelium. Nolite timere, de eodem Comm. 2. loco.

dit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur: quoniam ipse sapiéntiæ dux est, & sapiéntium emendator.

Graduale. Eccli. 24. v. 3. In medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta admirabitur. V. In multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur. Allelúja.

V. Eccli. 48. v. 15. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. All.

Post Septuag. Graduale ut supra; sed omissis Allelúja, & ultimo V., dicitur Tractus. Eccli. 19. v. 13. Collaudabunt multi sapiéntiam ejus, & usque in sæculum non delebitur. V. Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requirétur a generatione in generationem.

V. ibid. 48. v. 15. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.

Tempore Paschali. Allelúja, allelúja. V. In medio electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur. Allelúja.

V. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. Allel.

Evangelium V os estis sal terræ, ut in festo S. Bonaventuræ die xiv. Julii cum Credo, Et dicitur per totam Octav. etiam in festis Sanctorum.

Offertorium. Eccli. 49. v. 1. Memoria ejus in compositionem odoris: in omni ore quasi mel indulcabitur memoria ejus.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, in beati Antonii Confessoris tui solémnitate offerentes, te supplices deprecamur: ut sicut ipsum coeléstibus donis cumulasti, ita nos facias tuo amore ferventes. Per Dñm.

Commanio. Eccli. 51. v. 40. Dedit mihi Dóminus linguam mercédem meam, & in ipsa laudabo eum. Postcommunio.

Divinis, Dómine, muneribus satiati, quæsumus; ut beati Antonii Confessoris tui meritis gloriósis, salutáris victimæ desideratum sentiámus effectum. Per Dñm.

Infra Octav. S. Antonii fit idem Officium, quod in festo: sed post Orat. diei dicitur secunda Oratio de S. Maria, Concede nos, tertia, Ecclesiæ, vel pro Papa.

Die XV. Junii.

IN FFSTO S. JOANNIS

a S. Facundo Confess.

Missa, Os justi, de Comm. Conf. non

Pontif. excepta oratione, quæ habetur propria in Missali die 12. vel 15. hujus: fit comm. Octav. S. Antonii, ac SS. Viti, & Soc. Mart. quorum extant Orationes omnes in eorum Missa, hac ipsa die 15. Junii in Missali, & dicitur Credo ratione Octav.

Die XVI. Junii.

DE OCTAVA S. ANTONII Missa, ut in Festo, cum 2. & 3. Orat. ut supra.

Die XVII. Junii.

DE OCTAVA S. ANTONII. Missa, ut in Festo, cum Orationib. ut supra.

Die XVIII. Junii.

DE OCTAVA S. ANTONII, Missa, ut in Festo, cum comm. SS. Mart. Marci, & Marcelliani, ut in Missali, & 3. Orat. de B. V. Concede nos.

Die XIX. Junii.

IN FFSTO B. MICHELINÆ Missa, Cognóvi, de Comm. nec Virg. nec Mart. excepta Oratione seq. Oratio.

Deus, qui beatam Michelinam, à terrenis solutam affectibus, ad amorem tuum dispositione admirabili transtulisti: tribue nobis, quæsumus; ut ejus meritis, & imitatione, a noxiis cupiditatibus expediti, quæ tibi sunt placita, liberis mentibus exequamur. Per Dóminum.

Fit commem. Octav. S. Antonii, ac SS. Gervasii, & Protasii Mart., ut in Missali hac ipsa die. Dicitur Credo ratione Oct.

Die XX. Junii.

IN OCTAVA S. ANTONII de Padua Confessoris.

Missa; ut in Festo, cum commem. S. Silverii Pp., & Mart., cujus Orationes habentur in Missali hac ipsa die; & dic. Credo.

Die XXI. Junii.

In Italia, & Insulis adjacentibus fit de S. Aloysio Gonzaga Conf. Missa propria extat in fine Miss. pro aliq. loc.

Alibi hodie fit de S. Juliana de Falconeriis Virginis, de qua in Italia, & Insulis &c. fit die sequenti. Missa, Dilexisti, de Comm. Virg., excepta Oratione propria, quæ habetur in Missali die 19. vel 21. hujus; & ubi de S. Juliana agitur die 22. fit commem. S. Pa.

gno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Credo, & dicitur per totam Octav. etiam in festis Sanctorum infra eam occurrentibus.

Offertorium Eccli. 31. v. 20. Ambulavit pes meus iter tectum; a iuventute mea investigabam sapientiam.

Secreta.

In cruentum Filii tui Sacrificium offerentes, te suppliciter exoramus, omnipotens Deus, ut, sicut Passiōnis ejus jugis meditatio intellectum Sancti Bonaventuræ Pontificis erudivit, ita mentes, & corda nostra igne charitatis inflamment. Per eundem Dominum.

Communio. ad Coloss. 3. v. 12. Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam.

Postcommunio.

Oblata tibi, Domine, in sollemnitate Sancti Bonaventuræ Doctoris, hostia suavissima Spiritum nobis tuæ dilectionis infundat: ut ejus meritis, & exemplo te in omnibus, & super omnia diligentes ad perfectæ charitatis patriam pervenire valeamus. Per Dñm &c. in unitate ejusdem &c.

Die XVIII. Julii.

IN FESTO B. SIMONIS

a Lypnica Confess. I. Ord.

Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pontif. excepta Oratione seq. Orat.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui beatum Simonem Confessorem tuum Evangelicæ prædicationis gratia sublimasti: concede propitius, ut ejus doctrinæ pabulo nutriti, quæ tibi sunt placita exequentes, per semitas justitiæ ad cœlestem patriam feliciter pervenire valeamus. Per Dñm.

Deinde fit com. Oct. S. Bonav. ac SS. Symphorosæ, & Filiorum ejus, ut in Miss. hac ipsa die. Et dic. Credo ratione Octavæ.

Die XIX. Julii.

IN FESTO B. JOANNIS

de Dukla Confes. I. Ord.

Missa, O s justis, de Comm. Conf. non Pontif. præter sequentia. Oratio.

Deus qui beatum Joannem Confessorem tuum eximie humilitatis, & patientiæ donis decorasti: concede propitius, ut ejusdem imitantes exempla, consequamur & præmia. Per Dominum.

Deinde fit comm. Oct. S. Bonaventuræ.

Evangelium, Nolite timere, de eodem Comm. 2. loco. Et dicitur Credo ratione Octavæ.

Die XXI. Julii.

IN OCTAVA S. BONAVENTURÆ

Episcop. Conf. & Ecclesiæ Doctoris

Missa ut in Festo, cum commem. S. Præxedis Virginis, cujus Orationes extant in Missali hac ipsa die. Dicitur Credo.

Die XXIV. Junii.

IN FESTO S. FRANGISCI

Solani Confess. I. Ord.

Introitus. Psalm. 36.

S justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius. **Psalm. ibid.** Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris faciētes iniquitatem. **V. Gloria Patri.**

Oratio.

Deus, qui plurimas Americæ gentes per beatum Franciscum ad sinum Ecclesiæ perduxisti: ejus meritis, & precibus indignationem tuam à peccatis nostris averte; & in gentes, quæ te non cognoverunt, timorem nominis tui benignus immitte. Per Dominum.

Deinde fit commem. Vigil. S. Jacobi Apostoli, cum ejusdem Evangelio in fine, ac S. Christinæ Virg. & Mart., sed, de hac in Missis privatis tantum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos. Rom. 10.

Frātres: Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Judæi, & Græci: nam idem Dominus omnium dives in omnes, qui invocant illum. Omnis enim, qui cumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Sed non omnes obediunt Evangelio. Isaias enim dicit: Domine; quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico:

Nūm-

Nūmquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Graduale. Psalm. 91. Justus ut palma florebit sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. **V.** Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Allelūja, allelūja.

V. Jac. 1. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Allelūja.

Sequētia sancti Evangelii secundum Marcum **Marc. 16.**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Euntes in mundum universum, prædicāte Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocēbit: super ægros manus impōnent, & bene habebunt. **Credo.**

Offertorium. Psalm. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta.

MUnus, quod tibi offerimus, det nobis, quæsumus, omnipotens Deus, fidei, spei, & charitatis augmentum: & ut mereamur assequi, quod promittis, interveniente beato Francisco Confessore tuo, fac nos amare, quod præcipis. Per Dominum.

Communio. Matth. 24. Beatus servus, quem, cum venerit Dominus ejus, invenerit vigilātem: amen dico vobis; super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

UT sumptis, Domine, reddamur digni muneribus; intercedente beato Francisco Confessore tuo, fac nos tuis semper obedire mandatis. Per Dñm.

Die XXVII. Julii.

IN FESTO B. CUNEGUNDIS

Virg. 2. Ord.

Missa, Dilexisti, de Comm. Virg. i. loc. excepta Oratione sequenti. Oratio.

Deus, qui beatam Cunegundam dulcedinis tuæ benedictionibus præve-

nisti, ac virginem etiam in conjugio conservasti: præsta quæsumus; ut, ipsa intercedente, per vitæ puritatem tibi jugiter adherere, & per ejus vestigia gradientes, ad te pervenire feliciter mereamur. Per Dominum.

Deinde fit comm. S. Pantaleonis Mart. rationes ex Missa, Lætabitur justus, de comm. unius Martyris.

Die XXXI. Julii.

IN FESTO S. IGNATII

Confessoris.

Missa propria habetur in Missali hac ipsa die, vel IX. Augusti.

FESTA AUGUSTI.

IN FESTO DEDICATIONIS

Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum apud Assisium, quæ Mater est & Caput omnium Ecclesiarum Ord. Minorum.

Missa, Terribilis, de Comm. Dedicatōnis Ecclesiæ, cum commem. S. Stephani Papæ, & Mart. ut in Missali hac ipsa die Et dicitur Credo.

Die IV. Augusti.

IN FESTO S. DOMINICI

Confessoris.

Missa, O s justis, ut in Missali. Et dicitur Credo, per totam Octavam, etiam in festis Sanctorum infra ipsam occurrentibus.

Die IX. Augusti.

IN FESTO S. VINCENTI

à Paulo Confess.

Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pont. 2. loco, cum reliquis ut in Missali die XIX. aut XXX. Julii, vel XXVII. Augusti. Fit commem. Oct. & Vigiliæ S. Laurentii cum ejusd. Evang. in fine, ac S. Romani Mart., ut in Missali hac ipsa die IX. Augusti. Et dicitur Credo ratione Oct. S. P. Dominici.

Die XI. Augusti.


IN OCTAVA S. P. DOMINICI

Confessoris.

Missa ut in Festo, cum comm. Octavæ S. Laurentii, ac SS. Tiburtii, & Susannæ Mart. ut in Missali. Et dicitur Credo.

I N F E S T O
S. CLARÆ VIRGINIS

OMNIUM CLARISSARUM INSTITUTRICIS.



Introitus.

Psalm. 44.

Udi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.

Psalm. ibid. **E**ructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

V. Glória Patri.

FAmulos tuos, quæsumus Dómine, bearæ Virginis tuæ Claræ votiva natalitia recensentes; coeléstium gaudiorum sua faciás interventióne participes, & tui Unigéniti coherédes. Qui tecum vivit.

Lectio Libri Sapiéntiæ. **Cantic. 2.**

EN diléctus meus loquitur mihi. Surge própera amica mea, columba mea, formósa mea, & veni. Jam enim hyems tránsiit, imber ábiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra; tempus putatiónis advénit, vos túrturis audita est in terra nostra: ficus prótulit grossos suos: vineæ floréntes dedérunt odórem suum. Surge amica mea, speciósá mea, & veni: columba mea in foráminibus petræ, in cavérna maceræ, osténde mihi faciém tuam, sonet vox tua in áuribus meis: vox enim tua dulcis, & faciés tua decóra.

Graduale. Psalm. 44. Adducéntur regi virgines post eam, próximæ ejus afferéntur tibi. **V.** Afferéntur in lætítia, & exultatióne; adducéntur in templum regis. **Allel. allel. V. Judith. 13. 1. 22.** Benedixit te Dóminus in virtúte sua, quia per te ad nihilum redégit inimicos. **Allelúja.**

Tempore Paschali. **Allelúja, allelúja.**

V. Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cum claritate! **Allel. V.** Benedixit te Dóminus in virtúte sua, quia per te ad nihilum redégit inimicos. **Allelúja.**

Post Septuag. post Graduale, & V. sequentem dicitur Tractus. Psalm. 44. Concupivit Rex decórem tuum, quóniam ipse est Dóminus Deus tuus. **V.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. **V.** Hæc est virgo sapiens, & una de número prudentum. **V.** Benedixit te Dóminus in virtúte

sua, quia per te ad nihilum redégit inimicos.

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthæum. **Matt. 25.**

IN illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum coelórum decem virginibus, quæ accipientes lámpades suas, exierunt obviam sponso, & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum, prudentes vero accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus. Moram autem faciente sponso, dormitavérunt omnes, & dormiérunt. Média autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexérunt omnes virgines illæ, & ornavérunt lámpades suas. Fatuæ autem sapiéntibus dixerunt: Date nobis de óleo vestro, quia lámpades nostræ extinguúntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intravérunt cum eo ad nuptias, & cláusa est jánuá. Novíssimè vero véniunt & reliquæ virgines, dicentes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. **Credo.**

Et dicitur per totam Octav. etiam in festis SS. infra eam occurrentib.

Offertorium. Psalm. 44. Adducéntur Regi virgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi in lætítia, & exultatióne: adducéntur in templum Regi Dño. **Secreta.**

Obláta tibi, quæsumus Dómine, dona sanctifica: quæ Maiestáti tuæ accepta faciát bearæ virginis tuæ Claræ intercessio veneránda. Per Dóminum.

Communio. Matth. 5. Quinque prudentes virgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus; média autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obviam Christo Dómino.

Post-

Postcommunio.

PRótegan, quæsumus Dómine, plebem tuam, gloriósæ virginis tuæ Claræ continuáta præsidia; & sumpta pro illius glória Córporis tui sacri, & pretiosi Sanguinis sacraménta. Qui vivis, & regnas.

Die XIII. Augusti.

IN FESTO B. PETRI

a Molleano Conf. I. Ord.

Missa, O s justis, de Comm. Conf. non Pontif. excepta Orat. seq. Oratio.

DEus charitátis amátor, & áuctor pacis, qui beátum Petrum Confessorem tuum admirábili stúdio fovéndæ concordíæ decorásti: præsta quæsumus; ut ejus intercedéntibus méritis perpétuæ pacis gaudiis perfruámur. Per Dóminum.

Et fit comm. Oct. S. Claræ, & S. Laurentii, ac SS. Hippolyti, & Cassiani Mart. ut in Missali hac ipsa die. Et dicitur Credo ratione Oct.

Die XIV. Augusti.

IN FESTO B. SANCTES

Conf. I. Ord.

Missa, J ustus ut palma, de Com. Conf. non Pontif. excepta Orat. seq. Oratio.

DEus, qui providéntiæ tuæ dispositiône mirábili beátum Sanctem á sæculi vanitáte, & periculis ad perfectam sui abnegatióne misericórditer transtulisti: da nobis, quæsumus; ut, ejus intercessiône, Jesu Christi Filii tui crucem in corde portantes, coeléstis glória participes fieri mereamur. Qui tecum.

Deinde fit comm. Octav. S. Claræ, & S. Laurentii; necnon Vigilæ Assumptiõnis cum Evang. in fine, ac S. Eusebii Conf. ut in Missali in Missa ejusdem Vigilæ, & dicitur Credo, ratione Octavæ.

Die XVI. Augusti.

IN FESTO S. ROCHI CONFESS.

3. Ord. Missa, O s justis, de Comm. Conf. non Pont. excepta Orat. seq. Oratio.

DEus, qui beáto Rocho, per Angelum tuum tabulam eidem afferentem promisisti, ut qui ipsum invocaverit, a nullo pestis cruciátu læderetur: præsta quæsumus, ut qui ejus solemnia celebrámus, ipsius méritis & précibus, á mortífera peste córporis & animæ liberémur. Per Dñm

Deinde fit comm. Oct. Assumptiõnis, S. Claræ, ac S. Laurentii. Et dicitur. Credo propter Octavas, & Præfat. de Assump.

Die XVIII. Augusti.

IN FESTO S. HELENÆ

Imperatricis Viduæ.

Introitus. Gal. 6.



IHI autem absit gloriári, nisi in Cruc: Dómini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Psalm. 22. Virga tua, & báculus tuus: ipsa me consolata sunt. **V.** Glória Patri. **Oratio.**

Domine Jesu Christe, qui locum, ubi Crux tua latébat, bearæ Helenæ revelásti, ut per eam Ecclésiám tuam hoc pretiósó thesauro ditáres: ejus nobis intercessiône concéde; ut vitalis Ligni pretio, æternæ vitæ præmia consequámur. Qui vivis, & regnas.

Deinde fit comm. Octavarum, ac S. Agapiti Mart. cujus extant orationes omnes in Missali sub hac ipsa die.

Lectio libri Sapiéntiæ: **Prov. 31.**

Mulierem fortem quis invéniet? procul, & de últimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spóliis non indigébit. Reddet ei bonum, & non malum omnibus diébus vitæ suæ. Quæsit lanam, & linum, & operáta est consilio mánuum suárum. Facta est quasi navis institoris de longe portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibária ancillis suis. Considerávit agrum, & emit eum; de fructu mánuum suárum plantávit vineam. Accinxit fortitúdine lumbos suos, & roborávit bráchium suum. Gustávit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus: non extinguétur in nocte lucérna ejus. Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas exténdit ad páuperem. Non timébit domui suæ á frigóribus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duphibus. Stragulátam vestem fecit sibi: byssus, & púrpura indumentum ejus. Nóbilis in portis vir ejus, quando séderit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. Fortitúdo, & decor indumentum ejus, & ridebit in die novíssimo.

mo . Os suum aperuit sapientiae : & lex clementiae in lingua ejus . Consideravit , semitas domus suae , & panem otiosa non comedit . Surrexerunt filii ejus , & beatissimam predicaverunt : vir ejus & laudavit eam . Multae filiae congregaverunt divitias : tu supergressa es universas . Fallax gratia , & vana est pulchritudo : mulier timens Dominum , ipsa laudabitur . Date ei de fructu manuum suarum , & laudent eam in portis opera ejus .

Graduale . Psalm. 44 . Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis , filiae Regum in honore tuo .

V. Adducuntur Regi virgines post eam , proxima ejus afferentur tibi in laetitia , & exultatione : adducuntur in templum Regis Alleluja , alleluja . **V. Psalm. 111 .** Dispersionem dedit pauperibus : justitia ejus manet in saeculum saeculi . Alleluja .

Evangelium , Simile est regnum Caelorum thesauro ut in Comm. nec Virg. nec Mart. Cum Credo propter Octavas .

Offertorium 1. Cor. 2 . Non enim judicavi me scire aliquid inter vos , nisi Jesum Christum , & hunc Crucifixum . **Secreta .**

Per haec sacra Mysteria concede nobis Domine , ut sicut beatae Helenae misericorditer tribuisti , ut Filium tuum Crucifixum in corde semper gestaret , ita & nos eum in cordibus nostris perpetuo deferamus . Per eundem Dominum .

Deinde Secretae duarum Octavar. & S. Agapiti Mart. Praefat. de Assum.

Communio Cantic. 7 . Ascendam in palmam , & apprehendam fructus ejus .

Postcommunio .

Concede nobis , misericors Deus , ut qui salutiferae Crucis tuae fructu in terra sumus recreati ; per intercessionem beatae Helenae eodem jugiter perfui mereamur in caelis . Qui vivis , &c .

Deinde Postcomm. duarum Octav. & S. Agapiti Mart.

Die XIX Augusti .

IN FESTO S. LUDOVICI EPISC.

Tolosani Conf. I. Ord.

Introitus . Eccli. 45 .



Tatuit ei Dominus testamentum pacis , & principem fecit eum : ut sit illi sacerdotii dignitas in aeternum . **Psalm. 131 .** Memento Domine David : & omnis mansuetudinis ejus . **V.** Gloria Patri .

Oratio .

Deus , qui beatum Ludovicum Confessorem tuum , atque Pontificem coeleste regnum terreno praepone docuisti , ac puritate illibata , & eximia in pauperes charitate mirabiliter decorasti : concede ; ut ejusdem virtutes aemulantes in terris , coronari cum ipso mereamur in caelis . Per Dominum .

Deinde fit comm. diei Oct. S. Clarae , tant.

Lectio Libri Sapientiae . Sap. 4 .

Justus si morte praecipuus fuerit , in refrigerio erit . Senectus enim venerabilis est , non diuturna , neque annorum numero computata . Cani autem sunt sensus hominis , & aetas senectutis vita immaculata . Placens Deo factus est dilectus , & vivens inter peccatores translatus est . Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus , aut ne fictio deciperet animam illius . Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona , & inconstantia concupiscentiae transvertit sensum sine malitia . Consummatus in brevi explavit tempora multa , placita enim erat Deo anima illius , propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum .

Graduale . Eccli. 44 . Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo .

V. Non est inventus similis illi , qui conservaret legem Excelsi . Alleluja .

V. Rosa vernans charitatis liliu virginitatis , stella fulgens Ludovicus , vas sanctitatis , ora pro nobis Dominum . Alleluja .

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum . Matth. 24 .

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vigilate , quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit . Illud autem scitote , quoniam si sciret pater familias qua hora fur venturus esset , vigilaret utique , & non sinneret perfodi domum suam . Ideo & vos estote parati : quia qua nescitis hora , filius hominis venturus est . Quis putas , est fidelis servus , & prudens , quem constituit Dominus suus super familiam suam , ut det illis cibum in tempore ? Beatus ille servus , quem , cum venerit Dominus ejus , invenerit sic facientem . Amen dico vobis , quoniam super omnia bona sua constituet eum . **Credo .**

Offertorium . Psalm. 88 . Inveni David servum meum , oleo sancto meo unxi eum : manus enim mea auxiliabitur ei , & brachium

tum meum confortabit eum .

Secreta .

Sacrificia , Domine , quae in honorem sancti Ludovici Confessoris tui , atque Pontificis , tuae offerimus Majestati , nobis sint ad salutem efficaciam , & tuae placita pietati . Per Dominum .

Deinde Octavae S. Clarae . Praefat. de Assumptione .

Communio . Sap. 7 . Venit in me spiritus sapientiae , & praeposui illam regnis , & sedibus , & divitias nihil esse duxi in comparatione illius .

Postcommunio .

Immensam clementiam tuam , omnipotens Deus , suppliciter exoramus : ut , intercedente beato Ludovico Confessore tuo , atque Pontifice , per haec sacra , quae sumpsimus cuncta nobis adversantia , te adjuvante , vincamus . Per Dominum .

Deinde Octavae S. Clarae .

Die XXIV. Augusti .

Roma , & ubi Festum S. Bartholomaei Apost. celebratur die 25. , hodie fit de S. Hyacintho Conf. Missa ut infra die 26. hujus , cum comm. Vigiliae S. Bartholomaei , & Evang. ejusd. in fine , ut in Vigilia unius Apostoli .

Die XXV. vel XXVI. Augusti .

IN FESTO S. LUDOVICI

Francorum Regis , Conf. 2. Ord.

Missa , O s justis , ut in Missa sub. die 25. hujus . Ubi celebratur die 26. in Missis privatis tantum fit comm. S. Zephyrini Papae , & Mart. Prima Oratio propria ut in Missali hac ipsa die 26. , reliquae duae ex Missa , Sacerdotes Dei , de Comm. unius Mart. Dicitur Credo .

Die XXVI. Augusti .

Ubi Festum S. Bartolomaei celebratur die 24. .

IN FESTO S. HYACINTHI CONF.

Missa , O s justis , de Comm. Conf non Pont. , Et fit comm. S. Zephyrini PP. & Mart. cum Orat. ut supra .

Die XXX. Augusti .

IN FESTO S. ROSAE

Limanae Virg. Missa , ut in Missali hac die , vel 5. Sept. cum comm. SS. Felices , & Adaucti Mart. , ut ibi hac die 30. Aug. .

FESTA SEPTEMBRIS .

Die I. Septembris .

IN FESTO B. ISABELLAE

Virg. 2. Ord. Missa , Dilexisti , de Comm. Virg. excepta Orat. seq. Oratio

Deus , qui beatam Isabellam Virginem tuam regales delicias , & mundi gloriam crucis mortificationi , & humilitati postponere docuisti : ipsius meritis , precibusque concede , mundi hujus blandimenta superare , & in amplexu tuae crucis gloriam invenire . Qui vivis , & regnas .

Deinde fit comm. S. Aegidii Abbatis , & SS. XII. Fratrum Mart. ut in Missali hac die .

In 3. Ord. extr. Claustr. fit de die Oct. S. Ludovici Regis . Missa , ut in Festo , cum comm. S. Aegidii , & SS. Mart. ut supra . De B. Isabella vero fit die 6. hujus .

Die III. Septembris .

IN FESTO BB. MARTYRUM

Joannis , & Petri I. Ord.

Missa , Intret , de Comm. plurim Mart. exceptis Oratione sequenti , & ultimo V. Gradualis . Oratio .

Concede , quaesumus , omnipotens Deus infirmitati nostrae praesidium : ut sicut beatorum Martyrum tuorum Joannis , & Petri gloriamur triumphis , ita eorum constantiam imitari non pigeat , quam celebrare delectat . Per Dominum .

Ultimus V. Gradualis . Haec est vera fraternitas , quae vincit mundi crimina : Christum secuta est , incluta tenens regna caelestia . Alleluja .

Die IV. Septembris .

IN FESTO TRANSLATIONIS

S. Rosae Virg. Viterbiensis 3. Ord.

Introitus . Psalm. 118 .



Quebar de sestimoniis tuis in conspectu regum , & non confundabar , & meditabar in mandatis tuis , quae dilexi nimis .

Psalm. ibid . Beati immaculati in via : qui ambulant in lege Domini .

V. Gloria Patri . Oratio .

Deus , qui beatam Rosam sanctarum tuarum virginum collegio aggregare dignatus es : tribue nobis quaesumus ; ut ejus precibus , & meritis a culpis omnibus expi-

expiemur, & tuæ Majestatis consortio perfruamur aeterno. Per Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. Cor. 1.

Frâtres, videte vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Et ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio, ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Graduale. Psal. 40. Me autem propter innocentiam suscepisti.

Et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum. Alleluia, allel.

Sap. 2. v. 13. In brevi explevit tempora multa; placita enim erat Deo anima illius. Alleluia.

Evangelium Simile erit regnum caelorum decem &c. ut in Comm. Virg. 1. loco cum Credo.

Offertorium. Psalm. 20. v. 3. Prævenisti eam, Domine, in benedictionibus dulcedinis; posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Secreta.

In odorem suavitatis ascendat ad te, Domine, hoc sacrificium laudis, quod tibi

in festivitate beatæ Rosæ Virginis immolamus: & concede; ut ejus exemplo Majestati tuæ virtutum meritis jugiter placeamus. Per Dominum.

Commun. Job. 41. v. 18. Ab infantia mea crevit mecum miseratio, de utero matris meæ egressa est mecum. Postcommunio.

Coeléstibus, Domine, pasti deliciis, te supplices exoramus: ut, intercedente beatâ Rosa Virgine tua, ad Coenam nuptiarum Agni pervenire valeamus. Qui tecum vivit, & regnat.

Die V. Septembris.

INFESTO S. LAURENTII Justiniani Episc. & Conf.

Missa, Statuit ei Dominus, de Comm. Conf. Pont. primo loco. Secunda Oratio; A cunctis. Tertia ad libitum.

Die IX. Septembris.

INFESTO B. SERAPHINÆ Sfortiæ Vid. 2. Ord.

Missa, Cognovi, de Comm. nec Virg. nec Mart. excepta Oratione seq. Oratio.

Deus: qui per beatam Seraphinam exemplum nobis patientiæ exemplum tribuisti: præsta supplicibus tuis: ut & ipsius instruamur exemplis, & ab omnibus ejus patrocinio liberemur adversis. Per Dñ.

Deinde fit comm. Oct. Nativitatis B. M. V. & S. Gorgonii Mart. ut in Missali hac ipsa die. Dicitur Credo ratione Octavæ, & Præfatio de B. V. Et te in Nativitate.



INFESTO SACRORUM STIGMATUM S. P. N. FRANCISCI.

Introitus.



Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Psal. 141. Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Glória Patri.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui, frigescens mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Patris nostri Francisci passionis tuæ sacra Stigmata renovasti: concede propitius; ut ejus meritis, & precibus crucem jugiter feramus, & dignos fructus poenitentiae faciamus. Qui vivis, & regnas.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas. Gal. 6.

Frâtres, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet; neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit: Ego enim Stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Grátia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.

Graduale. Ps. 36. Os justí meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. Lex Dei ejus in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus ejus. Alleluia, allel.

Christo confixus sum cruci: vivo autem ego, jam non ego, vivit vero in me Christus. Allel.

Temp. Pasch. omititur Grad. & ejus loco dicit. All. all. Christo confixus sum Crucí: vivo autem ego, jam non ego; vivit verò in me Christus. Allel. Franciscus hic pauper & humilis, coelum dives ingreditur, hymnis coeléstibus honoratur. Allel.

Gal. 6.

Post Septuag. Tractus. Psalm. 20. Desiderium animæ ejus tribuisti ei: & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Sequência sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 16.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucrétur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera sua. Credo.

Offertorium. Psalm. 20. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Secreta.

Desit nobis, quæsumus, Domine Jesu Christe, beatissimi Patris nostri Francisci pia, humilis, & devota supplicatio, in cujus carne, prærogativa mirabili, passionis tuæ sacra Stigmata renovasti: & præsta; ut virtute præsentis oblationis, tuæ passionis circa nos beneficia jugiter sentiamus. Qui vivis, & regnas.

Præfatio, Qui venerandum, ut in die Natalis ejus 4. Octobris

Communio. Matt. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Postcommunio.

Deus, qui mira crucis mysteria in beato Patre nostro Francisco Confessore tuo multiformiter demonstrasti: da nobis, quæsumus, devotionis suæ semper exempla. E. pla

pla sectari, & assidua ejusdem crucis meditatione muniri. Per Dominum.

Die XVIII. Septembris.

IN FESTO S. JOSEPHI a Cupertino Conf. Ord. Min. Conv.

Introitus. Eccli 1.



Illectio Dei honorabilis sapientia: quibus autem apparuerit in visu diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum. Psalm. 83. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui ad Unigenitum Filium tuum exaltatum a terra omnia trahere disposuisti, perfice propitius; ut meritis, & exemplo seraphici Confessoris tui Josephi supra terrenas omnes cupiditates elevati, ad eum pervenire mereamur. Qui tecum vivit, & regnat.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. Cor. 13.

Fratres, Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam; & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Caritas patiens est, benigna est: charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum: non gaudet super iniquitate, congruet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas numquam excidit, sive prophetiae evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruatur.

Graduale. Psalm. 20. Domine praeveneristi eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Vita petiit a te, & tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum, & in saeculum saeculi. Allel. allel.

Eccli. 11. v. 13. Oculi Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate

ipsius, & erexit caput ejus. Allel.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. Matth. 22.

In illo tempore: Loquebatur Jesus Principibus Sacerdotum, & Pharisaeis in parabolis dicens: Simile factum est regnum coelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, & nolabant venire. Iterum misit alios servos, dicens: Dicitis invitatis: Ecce prandium meum paravi, tauri mei, & altilia mea occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam: reliqui vero tenuerunt servos ejus, & contumelios affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & civitatem eorum succendit. Tunc ait servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt, malos, & bonos: & impletae sunt nuptiae discumbentium. Intravit autem rex ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus, & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Offertorium. Psalm. 34. v. 13. Ego autem, cum mihi molesti essent, induabar cilicio. Humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in sinu meo convertetur. Secreta.

Laudis tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum, quibus nos & praesentibus exitui malis confidimus, & futuris. Per Dnm.

Communio. Psalm. 68. v. 30. Ego sum pauper, & dolens: salus tua, Deus, suscepit me. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.

Postcommunio. Refecti cibo, potuque coelesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cujus hac commemoratione percipimus ejus

ejus muniamur & precibus. Per Dnum.

IN FESTO S. ELZEARI.

Conf. 3. Ord.

Introitus. Psalm. 36.



Sti justus meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur iudicium: lex Dei ejus in corde ipsius. Ps. ibid. Noli aemulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. Gloria. Oratio.

Deus qui beatum Elzearium Confessorem tuum, inter cetera virtutum insignia, virginali pudicitia in conjugio decorasti: concede propitius; ut cujus sacra solennia celebriter veneramur in terris, ejus beata consortia feliciter consequamur in coelis. Per Dominum.

Lectio Libri Sapientiae. Eccli. 31.

Beatus vir, qui inventus est sine macula; & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria aeterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Dno, & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.

Graduale. Psalm. 91. Justus ut palma florebit; sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. Ad annuntiandum manere misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Allel., allel.

Jacobi 1. Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Allel.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. Matth. 19.

In illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisaei tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculinum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio au-

Die XXII. Septembris.

IN FESTO S. THOMAE

de Villanova Episc. & Conf.

Missa. Statuit, de Comm. Conf. Pont. excepta prima Oratione, quae habetur propria in Missali sub hac die, vel 18. ejusd. Septembris. Et fit commem. SS. Mauritii, & Sociorum Mart. ut in Missali hac ipsa die.

Die XXV. Septembris.

IN FES. B. PACIFICI A. S. SEVERINO

Confessoris I. Ordinis.

Missa, O s justus. de Comm. Conf. non Pont. praeter Orationes seq.

Oratio.

Argitor omnium bonorum Deus, qui B. Pacificum Confessorem tuum eximiae patientiae virtute, & solitudinis amore decorasti; ejus nobis intercessione concede, ut per eadem vestigia gradientes, eadem assequamur & praemia. Per Dnm &c.

Secreta.

UT Sacrificium, quod B. Pacifici interveniente suffragio, Majestati tuae offerimus, Domine, acceptabile tibi, nobisque sit salutare; fac nos ea cordis humilitate, eoque spiritus ardore Sacrum Mysterium peragere, quo ipse quotidie perexit. Per Dominum. &c.

Postcommunio.

Pro caelesti Convivio, quo nos excipere dignatus es, Domine, gratias agentes, te humiliter deprecamur, ut qui manducavimus tuam carnem, & bibimus tuum sanguinem, intercedente B. Pacifico, vitam habeamus aeternam. Qui vivis &c.

Die XXVI. Septembris.

IN FESTO B. LUCIAE

Virg. 3. Ord.

Missa Dilexisti. de Comm. Virg. excepta Oratione sequenti.

Oratio.

Concede quaesumus, omnipotens Deus, intercedente beata Lucia Virgine tua: ut, ejus exemplo, & imitatione, tibi casto corpore servire, & mundo corde placere studeamus. Per Dominum.

Deinde fit commem. SS. Mart. Cypriani, & Justiniae, ut in Missali.

tem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur: & qui dimissam duxerit moechatur. Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt; & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus; & sunt eunuchi, qui seipsum castraverunt propter regnum caelorum. Qui post capere, capiat.

Offertorium. Psalm. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabit cornu ejus. **Secreta.**

Laudis tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum: quibus nos & presentibus exi malis confidimus, & futuris. Per Dñm.

Communio. Matth. 14. Beatus servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. **Postcommunio.**

Refecti cibo potuque caelesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cuius hac commemoratione percipimus, ejus muniamur & precibus. Per Dominum.

Die XXVIII. Septembris.

IN FESTO B. BERNARDINI de Feltria Conf. I. Ord.

Missa, O s justi. de Comm. Conf. non Pontif. excepta Oratione seq. Oratio.

Deus, qui ad fideles populos e vitiorum coeno liberandos beatum Bernardinum Apostolico zelo inflammare dignatus es: praesta, quaesumus; ut ejus intercessione a peccatis omnibus, & periculis expediti ad caelestem patriam perducamur. Per Dominum.

FESTA OCTOBRIS.

Die III. Octobris.

IN FESTO SS. COSMAE, & DAMIANI Martyrum.

Missa, Sapienciam sanctorum, ut in Missali die 27. vel 28. Septembris, aut 5. vel 31. Octobris. cum commem. Vigiliae S. P. N. Francisci, ut in ejus Missa propria, quae hic immediate sequitur, ac Translationis S. Clarae Virg. pro qua Orationes erunt sequentes.

Oratio.

Deus, qui splendore virtutum beatam Claram innumeris virginibus praelucere voluisti: ejus meritis, & intercessione concede; ut hic in luce semper ambulemus, & in caelesti regno perpetua vultus tui hilaritate perfrui mereamur. Per Dominum. **Secreta.**

Munera, Domine, in Translatione beatae Clarae Virginis tibi dicata, sanctifica: & ejus meritis, & intercessione da nobis famulis tuis; ut, a terrenis cupiditatibus expediti, ad caelestia desideria transeamur. Per Dominum. **Postcommunio.**

Quod de sancti altari tui benedictione percipimus, sit nobis, Domine, contra spiritales nequitas singulare praesidium; cuius virtute beata Clara ab hostium incursum liberari promeruit. Per Dominum.

In fine Missae dicitur Evangelium Vigiliae, Si quis vult post me venire, ut infra in Missa ejusdem Vigiliae.

In Vigilia.

SERAPHICI S. P. N. FRANCISCI

Introitus. Psalm. 141. v. 8.



Duc de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo, me expectans justus donec retribuas mihi. **Psalm. ibid. V**oce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Glória Patri. Oratio.

Deus, qui superbis resistis, & gratiam praestas humilibus. da nobis, quaesumus; intercedente beato Patre nostro Francisco, cujus solennia praevenimus, superbe non sapere, sed tibi placita humilitate proficere, ut per ejus vestigia gradientes, dona tuae gratiae consequamur. Per Dominum.

Secunda oratio de S. Maria, Concede nos, tertia Ecclesiae, vel pro Papa.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Cor. 5.

Fratres, scimus, quoniam si terrestis domus nostra hujus habitationis dissalvatur, quod aedificationem ex Deo habemus, domum non manufacta, aeternam in coelis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quae de coelo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, non nudi inveniatur. Nam, & qui sumus in hoc

hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeat quod mortale est a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Adentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a Domino: (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & praesentes esse ad Dominum.

Graduale. Psalm. 41. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Ps. Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum; quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Evangel. Si quis vult, ut in festo Sacrorum Stigmatum die XVII. Septembris.

Offertorium. Psalm. 41. v. 3. Fuerunt

mihi lacrymae meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: ubi est Deus tuus?

Secreta.

Sancti Patris nostri Francisci natalitia praevenientes, munera tibi offerimus, Domine, te humiliter deprecantes; ut hic ejus imitatores, & in caelesti patria ejusdem gloriae consortes clementer efficias. Per Dominum. **Praefatio communis.**

Communio. Psal. idem v. 4. Effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. **Postcommunio.**

Refecti cibo potuque caelesti supplices te, Domine, deprecamur: ut, intercedente beato Patre nostro Francisco, cujus natalitia prevenimus, jucundos facias suae interesse festivitati, & ad caelestem Jerusalem feliciter pervenire per Dñm.



IN SOLEMNITATE
SERAPHICI PATRIARCHÆ, ET P. N.

S. FRANCISCI
CONFESSORIS

TRIUM ORDINUM INCLYTI FUNDATORIS.

Introitus.



Audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes, sub honore beati Francisci: de cuius solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei.

Psalm. 32. Exultate justi in Domino: rectos decet collaudatio.

Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Patris Nostri Francisci meritis, foetu novæ prolis amplificas: tribue nobis ex ejus imitatione terræna despiceret, & cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum:

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas. Gal. 6.

Fratres, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Dñi nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit: Ego enim signata Domini Jesu in Corpore meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi, cum spiritu vestro, fratres, Amen.

Graduale. Eccli 1. v. 6. & 7. Quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis lucet.

Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in Templo Dei. Alleluja. Alleluja.

O Patriarcha pauperum, Francisce, tuis precibus auge tuorum numerum in charitate Christi: quos cancellatis manibus, caecum

tiens ut moriens Jacob benedixisti. Alleluja.

Tempore Paschali. Alleluja, allel.

Psalm. 72. v. 26. Defecit caro mea, & cor meum. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Alleluja.

Franciscus hic pauper, & humilis, cœlum dives ingreditur, hymnis cœlestibus honoratur. Alleluja.

Post Septuag. Graduale. Psal. 72. v. 21: Inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt.

Ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

Tract. Quid mihi est in coelo, & a te quid voluit super terram?

Defecit caro mea, & cor meum. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Mihi autem adherere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Matth. 11.

In illo tempore respondens Jesus, dixit: confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ quia, abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.

Credo, & dicitur per totam Octavam, etiam in Festis Sanctorum infra eam currentibus.

Of

Offertorium. Philip. 1. v. 21. Magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam, sive per mortem. Mihi enim vivere Christus est: & mori lucrum.

Secreta.

Munera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedente beato Patre nostro Francisco, ab omni nos culpæ labe purifica. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, &c.

Sequens Præfatio dicitur in omnibus festivitibus S.P. N. Francisci, & per totam sequentem Octavam, etiam in Dominica, & in festis Sanctorum infra ipsam currentibus, non habentibus propriam; nec non in Missis votivis ejusdem S.P. & quando de eo fit Officium per Annum; ac dicitur quoque in festo Omnium Sanctorum Nostri Ordinis die 29. Novembris.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

Per omnia sæcula sæculorum.

mi no De o no stro.

R. Di gnium & ju stum est.

V e rè di gnium & ju stum est,

æquum & sa lu tà re, nos ti bi

semper, & u bique grà ti as a ge

re: Domi ne sancte, Pater omni

po tens, æ tèr ne De us.

Q ui ve ne rân dum Con fes só

rem fá mu lum tu um be à tum

Fran cís cum: tu a De us al tís

si ma bo ni tà te & cle mèn tia,

San

San ctó rum tu ó rum mé ri tis
 & vir tú ti bus su bli mà sti.
 Mentémque ipsí us Sancti Spí ri-
 tus o pe ra tí ó ne, amor il le
 Se rà phi cus ar den tí ssi mè in-
 cèn dit in té ri ùs: cu júsque Cor-
 pus fa cris Stig mà tibus in si gni-
 vit ex té ri ùs: signo cru ci fi xi
 Je su Christí Dó mi ni no stri.
 Per quem ma je stà tem tu am
 làu dant An ge li, adó rant Dò-

mi na tí ó nes, tremunt Po te.
 sta tes. Cæli cæ lo rúmque Vir-
 tú tes, ac be a ta Sé raphim,
 só cia exulta tí ó ne concé le-
 brant. Cum qui bus & no stras
 voces, ut ad mit ti jú beas de-
 pre ca mur, súp pli ci con fes-
 si ó ne di cén tes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus; Dómi-
 nus Deus Sabaoth.
 Pleni sunt cœli & terra gloria tua:
 Hosanna in excelsis.
 Benedictus, qui venit in nómine Dó-
 mini.
 Hosanna in excelsis.

Communió . Roman. 8. v. 18. Non
 sunt condignæ passiones huius tēporis
 ad futúram glóriam, quæ revelábitur in
 nobis.

Post

Postcommunió .
Ecclésiám tuam, quæsumus Dómine,
 grátia cœlestis amplíficet: quam beati
 Patrís nostri Francisci Confessoris tui illu-
 mináre voluisti gloriósis méritis, & exém-
 plis. Per Dóminum.
**Infra Oct. S. P.N. Francisci Missa dicitur
 ut in festo, cum secunda orat. de S. Maria,
 Concède nos, ac tertia E cclésiæ, vel pro
 Pipa, nisi occurrat festum simplex, quia
 tunc secunda erit istius, tertia vero de
 S. Maria.**

Quando de S. P. N. Francisco fit Offi-
 cium per Annum, ac etiam in Missis voti-
 ris, Missa item dicitur ut supra in Festo,
 (cum Orationib. respectivis), excepto In-
 troitu, qui dicitur, ut sequitur.

Introitus . Gal. 6.
Nihil autem absit gloriári, nisi in
 cruce Dómini nostri Jesu Chri-
 sti: per quem mihi mundus
 crucifixus est, & ego mundo.

Psalm. 141. Voce mea ad Dó-
 minum clamávi: voce mea ad Dóminum
 deprecátus sum. **V.** Glória Patri.
Et non dicitur Credo.

Die V. Octobris.
DE OCTAVA S. P. N. FRANCISCI,
 Missa ut in Festo, cum comm. SS. Placi-
 di, ac Soc. Mart., ac 3. Orat. de S. Maria,
 Concède nos.

Die VII. Octobris.
DE OCTAVA S. P. N. FRANCISCI.
 Missa ut in Festo, cum comm. S. Marci
 Papæ, & Conf. ac SS. Sergii, & Soc. Mart.
 ut in Missali.

Die XI. Octobris.
IN OCTAVA SERAPHICI
P. N. S. FRANCISCI,
 Missa dicitur ut in ejus Festo, cum Cre-
 do, & Præfatione ut ibi.

Die XII. Octobris.
IN FESTO S. SERAPHINI
Conf. Ord. Min. Capuccinorum:
 Missa, Justus ut palma, de Comm.
 Conf. non Pont. excepta Orat. seq.

Oratio:
Deus, qui in corde beati Seraphini a-
 mórís tui flammam excitásti: ejus,
 quæsumus, nobis intercessióne concède,
 Miss. SS. Ord. Min.

ut illius vestigia sectántes, iisdem ardoribus
 accendámur. Per Dóminum.

Die XIII. Octobris.
IN FESTO SS. MARTYRUM
Danielis, & Sociorum I. Ord.

Introitus . Eccli. 44.
Sapientiam Sanctórum narrent
 pópuli: & laudes eórum nún-
 tiet Ecclésiá: nómina autem
 eórum vivent in sæculum
 sæculi.

Psalm. 32. Exultáte justi in Dómino: re-
 ctos decet collaudátio.

V. Glória Patri.

Oratio.
Fratérna nos, Dómine, Mátyrum
 tuórum coróna lætíficet: quæ & fidei
 nostræ præbeat incrementa virtútum, &
 multiplici nos suffrágio consolétur. Per
 Dóminum.

Lectio Epístolæ beati Pauli Apostoli ad
Corinthios. 1. Cor. 6.

Fratres, Exhibeámus nosmetipsos sicut
 Dei ministros in multa patientia, in
 tribulationibus, in necessitatibus, in an-
 gustiis, in plagis, in carceribus, in sedi-
 tionibus, in laboribus, in vigiliis, in jeju-
 niis, in castitate, in scientia, in longani-
 mitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in
 charitate non ficta, in verbo veritatis, in
 virtute Dei; per arma iustitiæ a dextris, &
 a sinistris, per glóriam, & ignobilitatem,
 per infamiam, & bonam famam: ut sedu-
 ctóres, & veraces: sicut qui ignóti, &
 cónniti: quasi morientes. & ecce vivimus:
 ut castigati, & non mortificati: quasi tri-
 stes, semper autem gaudentes: sicut e-
 géntes, multos autem locupletantes: tam-
 quam nihil habentes, & omnia possidentes.

Graduale, Psalm. 33. Clamavérunt ju-
 sti, & Dóminus exaudivit eos: & ex óm-
 nibus tribulationibus eórum liberávit eos.

V. Juxta est Dñs his, qui tribulato sunt cor-
 de: & húmiles spiritu salvábit Allel. allel.
V. Hæc est vera fraternitas, quæ vicit
 mundi crimina: Christum secuta est,
 ínclýta tenens regna cœlestia. Allel.

Evangelium, Descendes Jesus, ut in Com.
Plurim. Mart.

Offertorium. Psalm. 149. Exultábunt
 Sancti in glória, lætabúntur in cubilibus
 suis: exaltatiónes Dei in faucibus eórum,
 alle-

Secreta.
Iterata mysteria, Domine, pro Sanctorum Martyrum tuorum commemoratione, devota mente tractemus: quibus praesidium nobis crescat, & gaudium. Per Dominum.

Communio. Matth. 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus: & quod in aure auditis, praedicat super tecta.

Postcommunio.
Praesta, quaesumus omnipotens Deus: ut quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo sectemur. Per Dominum.

Die XVI. Octobris.

IN FESTO S. VENCESLAI

Ducis; & Mart.

Missa, In virtute tua, de Comm. unius Mart. excepta prima Oratione, quae habetur propria in Missali sub die 28. Septembris, aut 20. Oct. vel 17. Dec. & excepto etiam Evangelio, quod est Si quis vult.

Die XIX Octobris.

IN FESTO S. PETRI

de Alcantara Confess. I. Ord.

Introitus.



Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Psalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. Gloria Patri.

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Confessorum tuum admirabilis poenitentiae, & altissimae contemplationis munere illustrare dignatus es: concede propitius; ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificati, coelestium donorum participes fieri mereamur. Per Dominum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

Phil. 3.
Fratres, Quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrificam; & inveniar in illo, non habens meam justitiam, quae ex lege est, sed illam, quae

ex fide est, Christi Jesu: quae ex Deo est justitia in fide, ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum illius, configuratus morti ejus. Si quo modo occurram ad resurrectionem, quae est ex mortuis: non quod jam acciperim, aut jam perfectus sim: sequor autem si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Jesu. **Graduale. Psalm. 26. Os justum meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur iudicium. V. Lex Dei ejus in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus ejus. Alleluja, allel. V. Crucis cultor optime, Sancte Petre, forma verae sanctitatis, impetra nobis tuis precibus fructus dignos poenitentiae, ut tecum simus aeternae gloriae consortes. Alleluja.**

Post Septuag. omissis Alleluja, & V. seq. dicitur Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum &c. ut in Missa de Com. Conf. non Pont.

Tempore Paschali, Alleluja, alleluja. V. Galat. 2. Christo confixus sum cruci: vivo autem ego, jam non ego; vivit vero in me Christus. Alleluja. V. Crucis cultor optime, &c.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite, quae possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis, quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. **Credo.**

Offertorium. Psalm. 20. In virtute tua, Domine, laetabitur justus, & super salutem tuam exultabit vehementer: desiderium animae ejus tribuisti ei. Secreta.

Oblationem nostram, quaesumus Domine. Sancti Petri meritis placatus assume, quam dum in carne viveret, purissimis manibus contrectavit, & obtulit. Per Dominum.

Communio. Matth. 19. Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam aeternam possidebitis. Postcom.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus; ut beati Petri Confessoris tui semper

Oratio.

per facta sectantes, fructum, quem de coelesti hoc alimento percipit, ipsi quoque percipere mereamur. Per Dominum.

Die XXI. Octobris.

IN FESTO SS. URSULAE,

& Sociarum Virginum, & Martyrum.

Missa, Loquebar, de Comm. Virg. & Mart. praeter Epistolam, & Orationes sequentes. Oratio.

DA nobis, quaesumus Domine Deus noster, sanctarum virginum, & martyrum tuarum Ursulae, & Sociarum ejus, palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum.

Et fit comm. S. Hilarionis Abbatis, Orat. Intercesio nos, cum rel. de Comm. Abba. Epistola, Fratres, de Virginibus, ut in Missa, Vultum tuum, de Comm. Virginis tantum. Secreta.

Intende, quaesumus Domine, munera altaribus tuis pro sanctarum virginum, & martyrum tuarum Ursulae, & Sociarum ejus festivitate proposita: ut sicut per haec beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per Dñm.

Postcommunio.

Praesta nobis, quaesumus Domine. Intercedentibus sanctis virginibus, & martyribus tuis Ursula, & Sociis ejus, ut, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

Die XXII. Octobris.

IN FESTO B. LADISLAI

a Gielniovv Conf. I. Ord.

Missa, Justus ut palma, de Comm. Conf. non Pontif. excepta Oratione seq. Orat.

Deus, qui beatum Ladisläum religiosam perfectionem voluisti omnibus palucere: concede propitius; ut ejus exemplo in virtutibus jugiter proficiamus. Per Dñm.

Die XXIII. Octobris.

IN FESTO S. JOANNIS

a Capistrano Conf. I. Ord.

Introitus. Habacuc 3.



Jo autem in Domino gaudēbo, & exultābo in Deo Jesu meo; Deus Dominus fortitudo mea. **Psalm. 82. Exultate Deo adjutori nostro: Jubilate Deo Jacob.**

Gloria Patri.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Joannis meritis & doctrinis mirabiliter sublimasti, & per eum de perfidis tyrannis in virtute sanctissimi Nominis Jesu fideles tuos triumphare fecisti: praesta, quaesumus; ut de inimicis nostris ejus intercessione prevalentes in terris, premiari cum ipso mereamur in coelis. Per eundem Dominum.

Lectio Libri Sapientiae. Sap. 10.

Justum deduxit Dominus per vias rectas & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. In fraude circumventium illum affuit illi, & honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum, & certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret, quoniam omnium potentior est sapientia. Haec venditum justum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum: descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit illum.

Graduale. Exodi 15. v. 2. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum. V. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens Nomen ejus. Alleluja, allel. V. O Zelator fidei, persecutor haereticorum, lumen virtutum, exterminator Turcarum, Praedicator egregie, Doctor populorum, Joannes fidelissime Ordinis Minorum, esto nobis praesidium e regno Beatorum. Alleluja.



Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Luc. 9.

In illo tempore: Convocatis Jesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, & potestatem super omnia daemonia, & ut languores curarent. Et misit illos praedicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tulertis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraveritis ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella, evangelizantes, & curantes ubique. **Credo.**

Offertorium. Eccli. 46. v. 6. Invocavit Altissimum potentem in oppugnando inimicis.

F 2

mi.

micos undique, & audivit illum magnus, & sanctus Deus.

Secreta.

Sacrificium, Dómine, quod immolá-
mus, placátus inténde: ut; interce-
dente beáto Joanne Confessóre tuo; ad
conterédas inimicórum insidias; nos in
tuæ protectiónis securitate constituat. Per
Dóminum.

Communio. Sap. 10. v. 20. Decanta-
verunt, Dómine, Nomen sanctum tu-
um, & victricem manum tuam laudave-
runt.

Postcommunio.

Repléti alimónia coelésti, & spiritali
póculo recreáti, quæsumus, omni-
potens Deus; ut intercedente beáto Jo-
anne Confessóre tuo, nos ab hoste mali-
gno defédas, & Ecclesiám tuam perpé-
tua pace custódias. Per Dóminum.

Die XXIV. Octobris.

IN FESTO S. EDUARDI

Regis Confessoris.

Missa, Os justi, de Comm. Conf. non
Pont. excepta prima Oratione, quæ habetur
propria in Missali sub die 13., vel 16. hujus.

Die XXVI. Octobris.

IN FESTO B. BONAVENTURÆ

a Potentia Conf. Ord. Min. Convént.
Missa, Os justi, de Comm. Confess.
non Pontif. excepta Oratione seq.

Oratio.

Deus, qui in beáto Bonaventúra Con-
fessóre tuo eximium obediéntiæ e-
xémplum constitúere dignátus es: præsta,
quæsumus; ut ejus imitatione voluntatem
nostram abnegántes, mandátis tuis perpé-
tuò inhærere valeámus. Per Dóminum.

Et fit commem. S. Evaristi Papæ, &
Mart. Oratio, Infirmiorem, cum reliquis
ut in Missa, S tatuít, de Comm. un. Mart.

Die XXXI. Octobris.

IN FESTO B. THOMÆ

a Florentia Confes. I. Ord.

Missa, Os justi, de Comm. Conf. non
Pontif. excepta Oratione seq. Oratio.

Deus, qui admirábili clémentia de pec-
catoribus justos, & de vasis iræ facis
vasa misericórdiæ: concéde propítius; ut
beáti Thomæ Confessoris tui precibus, e
vitiórum servitute solúti, perpétua filiórum
tuórum libertate gaudere mereámur. Per
Dóminum.

Festa Octobris.

Et fit commem. Vigilæ Omnium San-
ctorum, ut in Missali, ac de ea in fine Mis-
sæ legitur Evangelium, ut ibi.

FESTA NOVEMBRIS.

Die IV. Novembris.

IN FESTO S. CAROLI

Borromæi Episc. & Confess.

Missa dicitur ut in Missali cum commem.
Oct. Omnium Sanctorum, deinde B. He-
lenæ Enselminæ Virg. Patavinæ 2. Ord.
cum Orationibus ex Missa, Dilexisti, de
Comm. Virg. postremo SS. Vitalis, & A-
gricolæ Martyrum, ut in eadem Missa
S. Caroli.

Dominica secunda Novembris.

FESTUM PATROCINII B. M. V.

Missa Salve sancta parens, ut in Festo
ad Nives die 5. Augusti.

Et fit commem. Dominicæ, cujus & in
fine legitur Evangelium.

Die X. Novembris.

IN FESTO S. ANDRÆ

Avellini Conf.

Missa, Os justi, præter primam Ora-
tionem propriam, prout in Missali hac die
10. Novembris, aut 14., vel 29. eiusdem.
Et fit comm. SS. Tryphonis, & Soc. Mart.
ut in Missali hac ipsa die 10. Novembr.

Die XII. Novembris.

IN FESTO S. DIDACI

Confess. I. Ord. Introitus. Eccli. 3.



Umiliávit se in ómnibus, & cor-
am Deo invenit grátiam, quón-
iam magna poténtia Dei, &
ab humilibus honorátur.

Psal. 102. Benedic ánima mea
Dóminum, & ómnia interióra mea nomen
sanctum ejus. Gloria Patri. Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui dis-
positione mirábili, infirma mundi é-
ligis, ut fórtia quæquæ confúndas: con-
cède propítius humilitati nostræ; ut piis beá-
ti Didaci Confessoris tui precibus, ad pe-
rénnem in cœlis glóriam sublimari mereá-
mur. Per Dóminum.

Lectio Epistolæ beáti Páuli Apostóli ad
Corinthios. 1. Cor. 1.

Frátres, Vidéte vocatióem vestram;
quia non multi sapiéntes; secundum
carnem

Festa Novembris.

carnem: non multi poténtes, non multi
nóbiles: sed quæ stulta sunt mundi, elégit
Deus, ut confúndat sapiéntes: & infirma
mundi elégit Deus, ut confúndat fórtia: &
ignobília mundi, & contemptibília elégit
Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt de-
strúeret: ut non gloriétur omnis caro in con-
spéctu ejus. Ex ipso autem vos estis in Chri-
sto Jesu: qui factus est nobis sapiéntia à
Deo, & justitia, & sanctificatió, & re-
demptio: ut quemádmodum scriptum est:
qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Et
ego cum venissem ad vos, frátres, veni
non in sublimitate sermónis, aut sapiéntiæ,
annúntians vobis testimónium Christi.
Non enim judicávi me scire aliquid inter
vos, nisi Jesum Christum, & hunc cruci-
fixum.

Graduale. Psalm. 20. Dómine præve-
nisti eum in benedictiónibus dulcedinis:
posuisti in cápite ejus coronam de lapide
pretioso. V. Vitam petiit a te, & tribuisti
ei longitudinem dierum in sæculum sæculi.
Allelúja, allel. V. Psalm. 91. Justus ut pal-
ma florebit: sicut cedrus Libani multipli-
cabitur. Allelúja.

Post Septuag. Tractus. Psal. 111. Beá-
tus vir, qui timet Dóminum &c. ut in
Missa de Comm. Conf. non Pontif.

Tempore Paschali, omissio Graduali,
dicitur. Allelúja, allel. V. Psalm. 91. Justus
ut palma florebit: sicut cedrus Libani mul-
tiplicabitur. Allel. V. Osee 14. Justus ger-
minabit sicut lilium: & florebit in ætérnum
ante Dóminum. Allel.



Sequéntia sancti Evangélii secun-
dum Matthæum. Matth. 18.

In illo tempore: Accesserunt discipuli
ad Jesum, dicentes: Quis, putas,
major est in regno cœlorum? Et ad-
vocans Jesus párvulum, státuit eum in mé-
dio eórum, & dixit: Amen dico vobis,
nisi convérsi fuéritis, & efficiámini sicut
párvuli, non intrábitis in regnum cœló-
rum. Quicumque ergo humiliáverit se si-
cut párvulus iste, hic est major in regno
cœlorum. Et qui suscepit unum párvu-
lum talem in nómine meo, me suscipit.
Qui autem scandalizáverit unum de pusil-
lis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut
suspendátur in profundum maris. Credo.

Offertorium. Gal. 6. Mihi autem absit

gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu
Christi: per quem mihi mundus crucifixus
est, & ego mundo.

Secreta.

Hæc hóstia, quæsumus, Dómine,
quam Sancti Didaci Confessoris tui
solemnitate offerimus: ipso étiam interce-
dente, & vincula nostræ pravitätis absol-
vat, & tuæ nobis misericórdiæ dona concí-
liet. Per Dóminum.

Communio. Matth. 11. Tóllite jugum
meum super vos, & discite a me, quia
mitis sum, & humilis corde: & inveniétis
requiem animabus vestris.

Postcommunio.

Deus, qui familiam tuam, his sacrifi-
ciis purgátam, beáti Didaci Confes-
soris, tui celebritate lætificas: concéde,
quæsumus; ut ejus humilitatis, & patiéntiæ
imitétur vestigia, & ad gáudia pervéni-
at sempitérna. Per Dóminum.

Die XIII. Novembris.

IN FESTO S. MARTINI

Papæ, & Mart.

Missa, Sacerdótes Dei, ut in Missali
hac ipsa die 13. Novembris, vel 12. ejusdem.

Die XIV. Novembris.

IN FESTO B. GABRIELIS

Ferreti Confess. I. Ord.

Missa, Os justi, de Comm. Conf. non
Pontif. excepta Orat. seq. Oratio.

Deus, qui à sede Majestátis tuæ humi-
lia benignus respicis, & alta à longé
cognóscis, concéde famulis tuis; ut beáti
Gabrielis Confessoris tui méritis, & exém-
plo mundi vanitatem, ac sæculi desidéria
abnegántes, promissa humilibus præmia
cónsequi mereámur. Per Dóminum.

Die XVI. Novembris.

IN FESTO B. AGNETIS

Virg. 2. Ord., S. Claræ germanæ Sororis.

Missa, Vultum tuum, de Comm. Virg.
excepta Oratione sequenti, & Evangelio.
quod est, Simile erit regnum cœlorum,
ut in Missa, Dilexisti.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui beátam A-
gnétem multis virginibus Evangélicæ
perfectiónis exémplum, & ducem præpo-
suisti: da, quæsumus; ut spíritus ille se-
ráphicus, quem sapiénter dócuit, ac san-
citatís

ctitatis exemplis mirifice confirmavit, purus in nobis jugiter perseveret. Qui vivis, & regnas.

Die XVII. Novembris.

IN FESTO B. SALOMEÆ

Virg. 2. Ord.

Missa, Dilexisti, de Comm. Virg. ex-cepta Oratione sequenti. Oratio.

Deus, qui in beata Salomea terreni regni contemptum cum virginitatis candore in conubio sociasti: concede nobis, quæsumus, ut ejus exemplo tibi casto & humili corde serviētes, immarcescibilem coronam gloriæ consequi mereamur. Per Dñ.

Die XIX. Novembris.

IN FESTO S. ELISABETH

Vid. Hungarorum Regis Filia 3. Ord.

Introitus. Judith. 8.



Rat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.

Psalm. 44. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Gloria Patri. Oratio.

Tuorum corda fidelium Deus miserator illustra: & beata Elisabeth precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despiciere, & celesti semper consolatione gaudere. Per Dominum.

Fit commem. S. Pontiani Papæ, & Mart. in Missis privatis tantum, sed apud Tertiarias nec etiam in istis.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timotheum. 1. Tim. 5.

Charissime, Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Si quæ autem vidua filios, aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua est & desolata, speret in Deum: & instet obsecrationibus, & orationibus nocte ac die. Nam quæ in deliciis est, vivens mortua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint. Siquis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribu-

lationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est.

Graduale Judith. 8. v. 5. 6. Fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur. Et habens super lumbos suos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ suæ. Alleluja, alleluja.

Job. 31. v. 32. Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Allel.

Evangel. Simile est regnum caelorum thesauro, ut in Comm. nec Virg. nec Mart. cum Credo. Apud Tertiarias dicitur per totam Octavam.

Offertorium. Act. 10. v. 4. Orationes tue, & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Secreta.

Munera, Domine, nostræ devotionis offerimus: ut ibi grata, & nobis salutaria beata Elisabeth pia supplicatione reddantur. Per Dominum.

Communio. Eccli. 26. v. 21. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus ejus: lucerna splendens super candelabrum sanctum. Postcommunio.

Uos, Domine, salutaribus dignatus es reparare mysteriis: beata Elisabeth quæsumus, intercessione, celestibus semper nutrias alimentis. Per Dominum.

Die XXIV. Novembris.

IN FESTO S. JOANNIS

à Cruce Conf.

Missa, Os justi, de Commun. cum prima Orat. propria, ut in Missali hac die 24. aut 29. Novembris, vel 19. Decembris. Et fit comm. S. Chrysogoni Mart., ut in Missali hac ipsa die 24. Novembr.

Die XXVI. Novembris.

IN FESTO B. DELPHINÆ

Virg. 3. Ord.

Missa, Dilexisti, de Comm. Virg. præter Orat. sequentem, & Evangelium.

Oratio.

Deus, qui beatam Delphinam famulam tuam, inter cetera virtutum insignia, virginali pudicitia in conjugio decorasti: concede propitius, ut, cujus sacra solèmnia celebriter veneramus in terris, ejus beata consortia feliciter consequamur in coelis. Per Dominum.

Et fit commem. S. Petri Alexandrini Ep. & Mart. Orat., Infirmi-tatem, ut in Mis-

sa,

sa, S tâtuit, de Comm. un. Mart. Evangelium. Accesserunt, ut in festo S. Elzearii. Apud Tertiarias hodie fit de Oct S. Eli-

sabeth, & dicitur Missa ut supra in Festo, cum comm. S. Petri Alexandrini, & Credo

ROMÆ, ET ALIBI.

Feria VI. post Octavam SS. Corporis Christi.

IN FESTO

SANCTISSIMI CORDIS

EJUSDEM D. N. JESU.

Introitus.

Cant. 3.



Credeimini, & videte, Filia Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua, in die desponsationis ejus & in die lætitiæ Cordis ejus.

Psalm. 44. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria Patri. Oratio.

Fac nos, Domine Jesu, sanctissimi Cordis tui virtutibus indui, & affectibus inflammari: ut & imagini bonitatis tuæ conformes, & tuæ redemptionis mereamur esse participes. Qui vivis & regnas cum Deo Patre &c.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Ephesios. Cap. 3. v. 8.

Fratres: Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo, qui omnia creavit. Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini Nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in coelis, & in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ virtute corroborari per spiritum ejus in interiorem hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum: scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi: ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Graduale. Matth. 21. Dicite Filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.

Isai. 42. Non erit tristis, neque turbulentus: Non clamabit, nec audietur vox ejus foris. Allel. allel. Matth. 11. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde: & inveniētis requiem animabus vestris Alleluja.

Post Septuagesimam. Graduale. Ps. 68. Impopulum expectavit cor meum, & miseriam: & sustinui qui simul contristaretur, & non fuit; qui consolaretur, & non inveni.

Tractus. Psal. 21. Ego autem sum vermis, & non homo; opprobrium hominum, & abjectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me; locuti sunt labili, & moverunt caput. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est Cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.

Post Pascha dicitur. Alleluja, alleluja. Psal. 29. Domine Deus meus clamavi ad te & sanasti me: eduxisti ab inferno animam meam. Allel.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. Allel.



Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. Jon. 15. v. 9.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta servavi, & maneo in ejus dilectione. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Hoc est præceptum meum, ut dili-

diligatis invicem, sicut dilexi vos Majori hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis Suis. Vos amici mei estis, si feceritis quae ego precipio vobis. Jam non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegeri vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo det vobis. **Credo.**

Offertorium. 1. Paralip. 29. Domine Deus in simplicitate Cordis mei laetus obtuli universa: & populum tuum vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Deus Israel, custodi hanc voluntatem cordis eorum, Allel.

FINIS.



Secreta.

Illo nos igne, quæsumus Domine, Spiritus Sanctus inflamet, quem Dominus noster Jesus Christus, è penetrabilibus Cordis sui misit in terram, & voluit vehementer accendi: Qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem &c.

Præfatio de Nativitate Domini. Et sic dicitur etiam in Missis Votivis a Dominica Trinitatis usque ad Septuagesimam. A Septuagesima vero usque ad Pentecosten, Præfatio de Cruce.

Communio. Psalm. 33. Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus: in æternum misericordia ejus, Alleluja.

Postcommunio.

Præbeant nobis, Domine Jesu, divinum tua sancta fervorem: quo dulcissimi Cordis tui suavitate percèpta, discamus terrèna despicerè, & amare coelèstia. Qui vivis.